
A 2984/VIII.

4263

COLECTIA VILANI MARTIAN
ORAGUL NĂ...
Nr. 1743.
Ms. 4263

Roth Karoly Lic. tatior
meg vette ŝ adja
A Deesi Vs Eolanak
1835 be

Sessione Signali Oppidi Deesi Die 20



Ms: 4263

HISTORIA TRANSSILVANÆ.

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS

LIBER PRIMUS LITTERARIUS. 1.
LIBER SECUNDUS Geographicus. 5.

Cap. I. De Appellationibus. - - - ibid.
II. Limitibus antiquis & recentioribus. 8.
III. Fluviis & Montibus. - - 14.
IV. Ubertate & Fertilitate. - 17.
V. Divisione Geographica. - 18.
Articul. I. De fundo Saxonico. - 19.
II. Comitatibus Hungaricis. 32.
III. Sedibus Siculorum. 39.
LIBER TERTIUS HISTORICUS. 41.
Pars I. DE HISTORIA ANTIQUA. - ibid.
Period. 1. A Diluvio ad Rnorum Irruptionem - 51.
2. Sub Romanorum Imperio - 57.
3. De Restauratione Regni Gothorum, ad irruptionem Hunnorum. - 60.
Pars II. DE HISTORIA MEDII AEVI. 64.
Period. 1. Ab Irruptione Hunnorum ad Restaurationem Regni Gothorum. ibid.
2. A Restauratione Regni Gothorum ad Irruptionem Hunnorum secundum - 64.
3. A Secundo Hunnorum ingressu, ad tertium. - 66.

4o

4. A tertio Hunnor ingressu ad initium Regni Hungariae. - - - - 68.
5. De Statu Transylvaniae sub Regibus Hungariis. - - - - 70.
Pars III. DE HISTORIA RECENTIORE. 81.
Sectio 1. De Statu Transylvaniae sub Principibus. - - - ibidem
2. Sub Domo Austriaca. - 184.
LIBER QVARTUS POLITICUS.
Cap. 1. De Statu Politico sub Gothis. ibidem. - 186.
2. Statu Politico sub Romanis. - 188.
3. Statu Politico post restaurationem Regni Gothici. - - - - - 189.
4. Statu Politico 1o sub Hunnis 2o Regibus Hungariae ubi - - - - 189. &.
191. - - - a. De regum Hungarorum potestate.
194. - - - b. Vajvodarum auctoritate.
195. - - - c. Statibus Regni Transylvaniae.
α. Hungaris. - - - - 195.
β. Siculis. - - - 196.
γ. Saxonibus. ubi - - ibid.
197. - - - I. Status Politicus et
ibidem. - - - - - - - 1o. Sedes Saxonum.
199. - - - - - - 2o. Forma Regiminis.
II. Ecclesiasticus. }
III. Scholasticus. } - - - 203.
IV. Oeconomicus. }
d. De Re Militari. ibid. e.

Biblioteca Universitatii Regele Ferdinand I. din Cluj ROMÂNIA

e. De re Monetaria. - - - - - ibid.
f. De Legibus & Judiciis. - - 205.
3o Sub Principibus Transsilvaniae. - 207.
4o Sub Domo Austriaca.
LIBER QVINTUS ECCLESIASTICUS.
LIBER SEXTUS SCHOLASTICUS.

Historiae Transsilvaniae Liber I. Litterarius, in quo Nomina Scriptorum rerum Transsilvanicarum proponuntur.

§. 1. Nosse bonos Libros maximam esse partem Eruditionis nemo est qui inficietur, nisi plane ab his Sacris alienus. Quemadmodum enim Notitia Litteraria in omnibus plane Eruditionis partibus insignem praestat utilitatem: sigillatim tamen in Historiam Emolumentum effundit, tam manifestum est ut vel maxime. Historiae enim cum ab humano testimonio pendeant, Scriptorumque res gestae consignantium fide nitantur, nulla certe illius qui testimonium dat auctoritatis esse potest, nisi cognita sit, et perspecta ejus aptitudo, candor denique ac diligentia. Vide. Stollium.

§. 2.

§. 2. Atque haec Notitia in Universum de omnibus Historicis utilis est, & fere necessaria. Ut vero ad omnia delectus habendus est, idem in comparanda Notitia Historica bene est observandum. Alii enim per transeman tantum, alii penitus et a pueris cognoscendi sunt. Priori sensu videndi veniunt Historici exterarum Gentium, posteriori, qui res Patriae Nostrae scriptis consignarunt. Quanto enim Patriae teneri post Dominum omnia debemus: tanto magis exterarum Gentium habenda est ratio; tanto magis etiam illorum Scriptorum adquirenda est notitia, quod Studio Majorum nostrorum facta Posteritati sunt transmissa.

§. 3. Ut ergo in limine statim hujus operis constare queat, quibus autem cognoscenda Historia Patriae nostrae ut debeamus testimoniis, operae erit, antequam illi Oceano nos committamus Duces nostros cognoscere & Scriptores illos notitiam, quibus Patria nostra nititur brevibus premittere. Cum autem omnia quae fiunt certo loco fiunt, utrique Locorum situs ante omnia Historiae Cultori perendus est, quem ipsi Geographi suppeditant. Priusquam igitur Historicos Scriptores cognoscamus, Geographos cognoscamus.

§. 4. Ad Statum Daciae antiquum facit Ptolomeus Geogr. Libr. 3. C. 8. Dionysius Decastr. Lib. I. quibus jungendi sunt Herodotus & Hellanicus in delineatione Orbis antiqui. Et quae Geogr. Bajchorsdorff. Geogra. Ferdinandi I. Imperat.

Secreti

Secretarii Districtus oriundi Chronographia Transilvaniae, quae primo Viennae 1550 in 4to prodiit, dein cum Antonii Possevini Moscovitia aliisque Coloniae anno 1559 in Folio. Hic secutus Mart. C. Iványi, Jesuita & Professor Tirnaviensis in Miscellaneis decad. II. Part. I. Tabulae etiam Geographicae, unde commendandae sunt, quae prodierunt Amstelodami ex officina Jacobi Valk & Petri Schene, licet haec Ortelium in omnibus saepe errent, quod omnibus exteris usu venit.

§. 5. Geographis Scriptoribus proximi sunt, qui Antiquitates Galliae indagarunt. Hic vero primum locum merentur Wolfgangus Lazius Viennensis Medicus, & Historiographus Ferdinandi, sed majorem hujus rei curam egit Bernardus Zamosius Transylvanus Hungarus, in analecto lapidibus vetustarum & nonnullarum in Dacia antiquitatum, quae primo Patavii 1. ibi enim Auctor comparavit, deprodiere 1590. in 8vo; deinde cum Lazii commentatione scripserunt Saxenti alii, inter eos non ultimo certe loco prorendus Samuel Köleseri, Inclyti Gubernii Medicus Ordinarius. Dein Universae rei metallicae supremus Inspector, obiit A. 1730. Cibinii, qui scripsit Librum, cui Titulus Dacia Romano Dacia A. 1717. in 8vo. Vide Inscriptionem Actorum Eruditorum Lipsiensium ad Annum 1718.

§. 6. His absolutis pergimus ad Historicos. Sed pro dolor! destituimur tali Scriptore, qui ad Historiam patriæ nostræ Universalem cognoscendam nobis inservire posset; Particulares autem saltem qui ad notitiam nostram provenerunt sunt sequentes: Zamosii Pentades rerum Trannicar. Mathias Miles Senator apud Cibinenses circa A. 1682. reputatus ad aulam Caesaream conscripsit sub Titulo Sibenburgischer Vurgengel Historiam Seculi XVI. prodiit Cibinii A. 1687. in 4to. Multi præterea alii, sed plerumque Gallici & Germanici, ceterum res Trannicae ex Historicis Hungr. colligi magnam partem possunt. Legas igitur velim post Gurocium, Bonfinium, post ipsum Istvanfium. Habeo ad manus Nicolai Comitis de Bethlen Libellum in manuscripto, cui titulus Columbæ Noë, cum ramis olivæ ad restinguendos Belli furores, in Hungaria & Trannia Projectum est, in quo media praescribit, quibus Hungaria & Trannia cum Aula Caesarea ita possit conciliari, ut pax inter utrasque maneat perpetua, idque obtulit A. 1703, Legatis Angliæ & Borussiæ Regum. Sed labor ille male cessit Illustri auctori, invitatus enim Viennam, Honesta custodia illic detentus, ibique A. 1716 obiit placide. Ex iis vero, qui de rebus Ecclasticis scripserunt, primum locum merito occupat Franc. Pariz Papai Medicinæ Doctor, et Collegii Enyediensis Professor. Cujus exstat Redivivus, seu breves Ecclesiarum in Tran-

Trannia Commentarii Cibinii A. 1684. in 12mo. in quo ab initio Reformationis ab A. 1617. res religionis depingit; ita tamen ut Reformator potius quam Lutheranorum habeat rationem. Liberam interea vobis et aliis relinquimus addendi supplendi immo et corrigendi facultatem, modo id cum ratione et amore veritatis fiat.

LIBER II. GEOGRAPHICUS.

Caput I. De variis Trannia Appellationibus

§. 1. Omnis considerationis et tractationis principium esse explicationem nominis, Canon est Philosophorum. Priusquam itaque rem aggrediamur a diversis regionis hujus nominibus primordia facimus. Constat vero omnes Regiones certe plerasque ab incolis denominationem accepisse, licet parum certi de originibus populorum primis adfirmari potest. Quaecunque ergo in sequentibus, in hac etiam nostra Historia dicentur, non nisi probabilibus conjecturis nituntur.

§. 2. Primus itaque qui has partes Habitabiles fecit Gethes fuit, Nepos Semi, cujus posteri Getæ v. Gothi dicti sunt, qui tempore aucti omnes circumjacentes Regiones impleverunt, adeo ut amplissimum Regnum exsurgeret, quod Regnum Gothicum dictum fuit. Hunnis non extrema pars exstitit nostra Trannia, reliquas partes speciatim ad Ripas Fluvii Tiræ (: hodie Nister :) tenebant Massa Gethæ Herodot. Libr. IV. Hæ vero Gentes cum ceteris Mortalibus fere ignotæ essent, a Graecis Scithae dicti sunt, eorumque regio

regio Scithia, et quidem ad differentiam Scithiae majoris, in fine Asiaticae. Europea seu minor dicta fuit, quomodo etiam illud primo innotuerit nil certi potest adfirmari. Id certum nomen Scitharum tamen esse, ut omnes Populi antiquissimi, de quibus Scriptores parum certi habuerunt, Scitharum nomine designati fuerunt. Herodot. Strabo, Mela, in primis videndus Otrokotsi in Originibus Hungaror.

§. 3. Praecis Monarchiam obtinentibus Traciae adnumerata est Trannia, id quod Praeci putarent Pethas eē Traces, ut Herodot. Libr. 8. vel quod Praeci omnem illam oram, quae montium et Silvarum asperitate a sua Praecia sequestrata esset Traciam appellarent Zamosius C. II. Tempore Monarchiae Romanae et speciatim Secul. I. et II. Christianorum in Dacia innotuit, et Populi has oras inhabitantes a Romanis Daci dicti sunt, qui a Praecis Pethae v. Pothi sunt adpellati, conferatur Lazius de Republ. Romana L. I. C. 5. Quae vero sit ratio hujus nominis admodum incertum est, Gorapius Belanus deduxit ex vocibus Germanis Dakon, Kommon scil. hujus ingenii tantum est Bonfinius ex Praeco Δαις pugna deducit, adeoque a virtute bellica quasi pugnaces, bellatores dictos putat. Consulatur Otrokotsius L. II.

§. 4. Post excussum jugum Romanorum Daci et Pothi plurimum dicti sunt, eorumque Terra Pothia, quod nominis mansit usque ad irruptionem Hunnor

Hunnorum, qua occasione pars illa quam Trannia vocamus, hungarice Erdély Ország adepta est. Turocius in Cronico part. II. cap. 29. expresse dicit hunc Tractum Erdély dictum esse, quod plurimis fluviis irrigatur, in quorum arena aurum inveniatur. Videndus Otrokotsius pag. 22. sed quia Erdö Silvam notat, equidem male Hunnos naturalem Provinciae habitudinem respicientes Silvosa huic Tractatui nomen Erdély indidisse.

§. 5. Latine in hunc usque diem patria nostra utitur Trannia, quae vocem adcuratius per unum et simplex S, scribimus ratione Nominis. Quia respectu Provinciarum confinium trans densissimas Silvas sita est. De Ortographia si plura velis confer Molleri Disputat. de Trannia. Foppeltinus ait Bonfinium, primum usum fuisse Latina hac voce; sed fallitur ex Diplomate regio Andr. regis 1724.

§. 6. Majori autem dificultati subest nomen Germanicum Sibenbürgen erronea enim est eorum sententia, qui deducunt à 7. Montibus Trannia prae reliquis altioribus, v. quod 7. Montibus quasi muro circumducta sit. Nam difficile certe est hujus sententiae Patronis numerum septenarium montium prae reliquis insigniter eminentium determinare. Nec limites Trannia transcendentes septem; sed septies septem etiam montes transcendere debuere. Accedit quod non dicitur Sibenbergen. Troesterus, Mollerus, Puerius et alii a vetustis populis Sibinis eorumque praecipua sede Sibenburg quem Cibinium interpretantur arcessunt, unde successu temporum nomen totius Provinciae Sibenbürgen

enat

enatum, et ad posteros derivatum esse credunt. Turoci quem sequitur Bonfinius regionem hanc nominat, septem Castrensem a septem Castris, quae septem Hunnorum Duces prima irruptione dicit extraxisse, quo Germanos in sua Lingua respexisse putat, quam Opinionem prolixe refutat Troesterus L. 1. C. 15. Nos Nomen illud deductum esse volumus a numero Urbium praecipuarum, quemadmodum Decapolis in Judea. Pentabolis in Palaestina. Vide Geographos. Plures ad hanc rem auctores adferre possem si, operae praetium esset. Reliquas adpellationes autem, nomina nationum tam Exterarum, quam earum, quae ipsam Frammiam incolunt data opera praeterimus. Sclavis nostram Patriam adpellari Hedni gorogha semllye ∴ Septem Urbium sive Civitatum regionem. Consulendus etiam est Sz. Ivangi in Disputatione Hung. pag. 158.

Caput II. De limitibus & finibus antiquis & recentioribus. & Varia Divisione

§. 7. Transilvaniam primis temporibus partem fuisse regni Gothici supra jam diximus, an vero et in quas Provincias regnum illud antiquum fuerit distinctum sine auctoritate Scriptorum quis adfirmare tentaverit, nisi forte dicas modernam Frammiam partis illius, quam Tissa Gothae incoluerunt portionem fuisse. Romanorum tempore postquam Trajanus Imperator sub initium Seculi II.

Decebalum

Decebalum in his tractibus regem binis expeditionibus vicisset, quicquid ex Regno Antiquo Pethar dominationi subjectum factum fuit, uno nomine Daciam dictum legimus, cujus terminos ac fines vide apud Ptolomeum L. 3. C. 8. ∴ A Septemtrione Montes Carpathici usque ad ripas Tisae fluvii, ab occasu Jaziges populi ad Tibiscum, a Meridie Danubius, Oriente Pontus Euxinus. Omnem vero Daciam Romani dividebant in Alpestrem sive Colliam, quae complectebatur hodiernam Valachiam, & Moldaviam Mediterraneam, puta Frammiam nostram, quod in medio reliquorum sita esset, et Ripensem quae complectebatur, quicquid interea Crisium Tissae & Danubii ripas interjacet. Vide Lazium p. 29.

§. 8. Transilvania vero ipsa pro praesenti statu a Polonia et Moldavia separatur jugo Carpathi. Ab oriente habet Moldaviam et ex parte Valachiam, a Meridie ex parte Valachiam et Cottum Hunyadiensem, ab occasu ipsam Hungariam. Amplitudinem quod adtinet varie definitur. Nos sequemur dimensionem Joh. Morandi Viscontis cujus tenore longitudo a Kis Almas, Kis Berek, Paptelke usque ad Dusam aditum in finibus Barciae & Valachiae extenditur ad milliaria 31. Latitudo a porta ferrea ad aurifodinas 28. milliar. secundum haec quis, in Mappis judicari potest.

§. 9. Transilvania autem tempore separationis suae ab Hungaria terminabatur prout

videlet

prout videlicet Principes Trannia ab Hungariæ Regibus, qui toto illo tempore e Domo Austriaca fuerunt, sibi conciliare potuerunt. Belli namq; Turcici occasione dum induciæ fierent, semper et de Trannia actum fit, ubi per ejusmodi inducias jam plus, jam minus accedebant Trannia, & Regni Hungariæ Cottibus Vicinis, inde scribebatur Trannia Princeps, et Partium Regni Hung. Dominus, quæ quidem partes, omnium antecedentium Principum partibus minores erant. Apafii tempore utebantur tamen Iæ partes Legibus Trannia, ut et Iodie Leges Trannia distinctæ ab Hung. ibi sunt. Cottus vero illi sunt Szolnok, Krasna, Maramarus, atq; Districtus Kövár & Cottus Zarand certa pars de quorum incommodis suo loco uberius.

§. 10. Ratione Climatum Trannia jacet inter septimum et Octavum Clima, maximamq; longitatem diei habet in finibus meridionalibus 15. in Borealibus 16. horas; longitudo autem & latitudo a Geographis diversimode determinatur, Vide eos, & eorum Chartas.

§. 11. Cum Trannia Silvarum Alpiumq; ambitu circumageretur, nec nisi certis in locis eam pateant aditus, operæ pretium erit commemorare Rnor temporibus tres ab austro in Tranniam fuisse accessus, ex Marcellini l. 26. discimus. Vnum per Ripensem Daciam in

partibus

partibus Somlyo & Claudiopolis, alterum per Castrum Fürtzburg in Dacia. Tertium vocat a Contisina, quod nonnulli Portam ferream interpretantur. Jornandes de rebus Gothis, duas saltem nominat unum per Bontas, qui Ortelio est porta ferrea. Alterum per Tiabas, quam aliqui Turrim rubram esse dicunt. Pro præsenti statu, accessus celebres sunt in terra Bistriciensi ad Tartaros, terminis Borgo, Felseb. quibus in Hungariam itur & Moldaviam ac Poloniam. In Sede Csik ad Gyemes. In Három Szék ad Oitos. In Barcia ad Busam & Temes, et ibidem ad Fürtzburg, quibus in Valachiam imus ad rubram Turrim in Tractu Cibiniensi, ubi nuper per Montium crepidines via Carolina facta est, in valle Hatzeg ad Volkány versus Valachiam in Cottu Hunyadi, versus Cottum Temesvár, & qua occasione via Carolina Doctor nonnullorum ingenia in notitiam futurorum temporum conscripserunt Sequentia:

STA. VIATOR,
VBI. NATURA. STARE. IUBET,
ET. VIRTUS. ÆTERNÆ. URBIS. STETIT.
HIC. SUB. AVSPICIIS.
CAROLI. VI.
IMPERATORIS CÆSARIS

VER

VERE. AUGUSTI.
SUBACTA. BREVI. BELLO. ET. FORTI. ANIMO.
EUGENIO.
CÆSARIS. VICARIO.
DUCE.
RIPENSI. DACIA.
VT. MEDIÆ. MUTUIS. COMMERCIIS.
IUNIERETUR. ALPESTRIS.
ETTRACTIS. RUPIBUS.
PRÆCIPUIS. IN. PLANUM. DUCTIS.
ALPIBUS. PONTE. IUNCTIS.
XI. HORARUM.
VIA. VEHICULARIS. ARRECTA. ET.
OPUS. EPIT.
STEPHANUS. COMES. STEINULLE.
PER. EPIT.
DOMIANUS. HUTO.
S. R. I. COMES. A VIRMONDER
AD.
PERMANSURAM. STABILITATEM.
REDEPIT.

LOTH

LOTHARUS. IOSEPHUS. S. R. I. C. A KÖINSEG.
LEGATI. ET. PRÆSIDES. CÆSARIS.
IN. DACIIS.
ARCHITECTO. FRIDERICO. SCHAVANSIO.
QUID. PROVIDET. AUGUSTI.
PRO. SALUTE. PUBLICA.
PER FIDELE. MINISTERIUM.
GRATE. POSTERITATI. PERENNE. POSUIT.
MONUMENTUM.
IAM.
PROSPERE. ET. MEMINERIS.
VIRTUTI. CAROLI. NIMIAM. NULLAM. ESSE.
VIAM.
QUI. DUM. ALPES. EVISCERAT. ET. FLUVIA.
DONEC. BELLUM. SISTIT. POPULOSQVE.
MONTIBUS. UNDATOS. IMPERIO. FRENAT.
OBSEQVIOQVE. FELICES.
VIA. CAROLINA.
HEC. EST.
EX. VOTO. POSUIT. SENATUS. DACICI.
A SECRETIS. S. K. D. K. Samuel Köleseri de Keres.
ET. IN. VIAM. CAROLINAM.
AVIA. PERVIA. FIT. VIA. REPIA CREDITE. TURCI.
CAROLUS. ET. RUPES. DISSIPAT. LINE. SUO.

aliud.

alius.

Altus ut et Rupes dissecetas igne videret.
Altæq; prenes Ripas acie tuenda via,
Nonne satis fuerat Turcas vicisse superbos,
Vincula nunc Scopulis inficienda meis.
Ingrit & immani defaposas murmure spumas
Mox placide Valachio talia dicta deo:
Cernite me victum, quæ tanta potentia vobis
Subsidio fuerit? Carolus ista facit.
Jn gremium tanti Domini concedere præstat
Hic Turcas pelles, Tartariamq; fugem.

Chronosticon in Ann. CIↃIↃCCXVII. & in viam ac Arcem Strasburg.

SAVIa et InVIa DeVIa perVIa regIa fIt IaM
Ipsa VIa. arX VIX at CaroLVs Ista faCIt.
PeVtonIbVs StrabsbVrg arX aVIa DICta LatInIs.
FaXIt Vt et rVrsVM stet reserata VIa.
CaroLVs ILLa IVbet arX aVIa perVIa flat.
ReX regVM VoLet hoC. CaroLVs ILLa
IVbet. &c. Cap. III. De flur. & Mo.

---

§. 12. Fluvii Framiam irrigant plures, ügg navigabiles & non navigabiles. Navigabiles sunt.

1mo Marisius. Herodoto Maris. Oritur in Sede Maros et quidem in finibus Moldaviam attingentibus, inde per varias ambages versus Meridiem, in partibus Hunyod et Deva occasum tendit, et tandem apud Regedinum Tissam influit. Errat ergo Strabo, dum in Istrum influere scribit nisi forte cum Tomosio Istron Legendum sit Tisson. Quæ Literaræ lineamenta facile permutari possunt. Quicquid sit per hunc fluvium olim Romani vasa, et impedimenta Bellica in Daciam Mediterraneam vehere solebant, Inde quoq; deve hendis hinc inde Mercibus, pluribus præsertim incolis inserviit. Reise Herdorf. p. 579. Marisius.

2do Aluta. Oritur in Sede Sib, ex monte Targa, alluitq; partes Barciæ, Castrum Fogaras, Turrim rubram, Vilo Felicis Framis finibus, Valachiam irrumpit, per quæ angustas valles, non longe supra Rhiopolin Danubium subit. Aluta.

3tio Samosius, duplici fonte celebris, cujus unus alveus, qui in Territorio Bistriciensi oritur, Major Samos: alter vero in finibus Comitatus Clusiensis, non procul a Sebesvar, ortum trahens, Minor Szamos vocatur. Ille versus meridiem, hic versus Boream tendens, juxta Oppidum Des aquas mutuo miscent, deinde uno nomine Szamos Versus Hungariæ fines labitur Szatmarinum alluens, inter Ecsed et Varda in Tissam exoneratur. Vid. Latium pag. 920. Samosius.

4to Non navigabiles fluvii sunt: 1mo Kochelius, hung. Kükülló, duplicem fontem habet, et ideo duos alveos format, quorum unus in Monte Carpatho, in Sede Sib originem trahens, Sebesburgum, Kadiesinum, ut et alia loca alluit, dicitur Cecelius maior: alter in Sede Magos ortum trahens, Kochesburgo nomen dat, et minor vocatur. Kochelius

vocatur, tandem apud Balasfalva, paullo infra
Crisius. Gombor Marusio unitur. 2do. Crisius, hung. Körös
ex triplici fonte, tres gregg alveos formant, quorum
unus albus, ex monte Herslichö in Comitatu Albensi
oritur; alter est niger in Comitatu Colosiensi, tertius
hungarice Sebes Körös & rapidus Crisius ex Comitatu
Dobola profluens. Omnes hi in campis Dacis
ripensibus confluunt, et ad arcem Gyula et Sarlad
paludem insignem efficiunt, atque sic conjuncti
versus Occasum fluunt, non procul a Congrad lese
& onerantes. Vide Lazium, Nomen Crisius qui
a Κρόβυς Ptolem. deducunt, non faliuntur. testa-
tur enim Experientia nigrum Crisium, particulas auri in arena secum vehere.
Aramyos. Lazius pag. 925. 3tio Aramyos. Herodoto
Quæ in mentionis circa Abrugbanya oritur, Tor-
dam elluit, et versus orientem paullo supra Nagylak
in Marusium exoneratur. Ratio nominis eadem
est cum Crisio, vehit enim secum auri particulas
quas Zingari ad id opus destinati, magno cum Cæ-
sarea Imperialis lucro eluunt. Est fluvius rapi-
dissimus, et frequentibus repentinisqz exundationibus
Sargetia. obnoxius. 4to Sargetia. incolis Strigy, e valle
Hatzeg decurrens, inter arcem Deva et Civitatem
Szászvaros, Marusium influit, ad hujus ripas, in ipsa
valle olim sita fuit Zarmizegethusa ultimi Dacor.
regis Decebali regio. Vide qvæ de Thesauro Decebali
subter vada Sargetiæ occultato scripsit Lazius
pag. 926. Reliqvos licet fere innumeros præterimus,
quales

qvales sunt Bistricia, Cibinius, Barcia, Sabesus
non procul a fonte Cibini fluminis, decurrit qvæ per
aliqvot Milliaria per præcipitia Saxorum, aqvam
vehens limpidissimam, præcipuos qvatenus ingre-
ditur jugum montium S. Petri, adfluit Cibino, cui nomen
dat Sabesum, ubi confluit cum fluvio turbido, Rére,
veniente ex Sede Mercurienſi, et paullo post con-
miscentur ambo cum Marusio. Apulus hung. Ompoly.
Carolinam alluens, Coloniæ Apulensi nomen dedit, de infra.

§. 13. Æternum montosam ee Transsylvaniam undiqvaqz
experientia testatur. Ad Boream jugum Carpatis fines
format. In Comitatu Dobola, versus fines Hungariæ cele-
berrimi montes Salatharum. In Chiulia mons Hargita
acidulis celebris. Ad Fogaras, Alpes eodem nomine
insignes. Ad vallem Hatzeg, Alpes Hatzegienſes; tan-
dem in Comitatu Albensi, montes ad Abrugbanya et Zla-
tina Auriferi et Metallifodinis celebres. Plura vide
apud Geographos.

Caput IV. De Ubertate & Fertilitate Transsylvaniæ.

§. 14. Transsylvaniam nostram rerum omnium qvæ vitæ
sustentandæ sunt necessariis feracissimam ee, notum
est omnibus, id saltem addere lubet, jam olim & hoc
temporibus alibi frumentisqz feracissimam fuisse, qd
inter alia antiqvitatis monumenta, restantur inscri-
ptiones Lapidares, qvibus Præfectorum annariæ
mentio fit, id qvod et imprimis nummus ille Tra-
jani docet, cujus una pars Cererem frumenti De-
am habet, qvæ stans, dextra Cornucopiæ Spicis ple-
nam tenet, læva tabellam manu sublatam, cum

Inscri-

Inscriptione: Abundantia Dacia. Vide Kölesserium saepe citatum. Notandum adhuc est, Testimon. Brai Cpl. 572. Tota fere Transilvania, montibus tanquam Castris munita, ne praeter pluribus barbarorum incursionibus, datur. Verbo rerum omnium incredibilis ubertas, usque adeo, ut id quod caput est, copiam bonitas exuperet. Stagna et generosa vina, et annona tanta ubertas, ut tantum tritici frumenti, nummo aureo pareat, quantum alibi agri 4. et eo amplius.

Caput V. De Divisione Geographica.

§. 15. Pro praesenti Statu secundum Nostes trium Nationum, Transilvania dividitur in tres Tractus ut sunt:

1mo Fundus Regius, seu Terra Saxonica.
2do Comitatus Hungarorum. Et
3tio Sedes Siculorum. Qui singuli minus in plures subdivisuntur Districtus, quos antea vam speciali perlustraremus cura, notandum est, quod supra laudatus Visentini in relatione Geographica, cum Tabula Transilvaniae Imperatori ablata, de finibus & terminis horum Districtuum dicit: Ex separatione de Comitati Della Transilvania non sia a parere pare pt essent. li villagi, simati greti et an Comitato vel altro come pure li S. Sedi Saxonici e Siculici i Divisio Comitatuum Transilvaniae non potuit accurate fieri, quoniam Oppida unius

Lib. II. Cap. V. De Divisione Geogr. Art. I. §. 16.

Comitatus in alterius tractu interjacent, partatione et Sedibus Saxonicis & Siculicis. Et hoc est verissimum. Exgr. Comitatus Torda diversimode miscetur cum Comitatu Albensi, et cum Sedibus Marus & Kamos. Comitatus Albensis, usque ad Haromszek non nulla Loca sibi vendicat, ita in religuis.

Articulus I. De Fundo Regio seu Saxonico.

§. 16. Tractus quem Saxones inhabitant, suo nomine dicitur Fundus Regius. Vid. apud Frankenstein pag. 22. Dividitur enim in Barciam et Districtum Districtensem. Quibus recensendis ordinem non politicum, sed situm Geographicum tenebimus, si enim ratione Sessionis et ordinis Politici, Sedes et Districtus considerentur, ita erunt collocandi: Cibinium, Schoesburg, Corona, Media, Nösen, Mullenbach, Cinck, Gross-Schenk. Regni. Igitur ergo ordine sistit se nobis in Barcia Hungarice Barczaság, tractus ille undique montibus cinctus speratis, et a religuis partibus ita distinctus est, ut fere Specialem Transilvaniae constituat. Nec mirabitur, cur in Barcia et Specialium Coronae religuos incolas vocemus

Sed quicquid hujus sit, nos fines Barciae designamus: ab oriente et Meridie Saltibus et jugis Montium a Valachia terminatur. Ex Borea Aluta fluvius eam a Sede Siculorum

Distinguit

distinguit. Ab Occasu vero Alpibus à Distrietu Fogaras discernitur.

§. 17. Ad rationem appellationis quod attinet varie definitur. Reisz Verdorfius pag. 571. a Germanica voce Wurtzeland deduxit, quod radix Coronæ inserta Daciam sit insigne; sed mihi non placet: non enim ille Fructus dicitur illo insigni; sed ipsa Urbs Corona, ut prassim cernitur. Helpius l. l. §. 8. à voce Burtz Burtzeland quæ nostris porta dicitur, quod iste Districtus quasi porta sit ex Framia in Valachiam. Alii ab anno Burtza s. qui Inne Tractum interfluit: s. derivant, quæ Sententia nobis perplacet. Notum enim est jam antiquitus non nullis Provinciis, ab interfluentibus fluvijs Nomen fuisse inditum. Cæt. Hispania olim Iberia fuit dicta, ab Ibero fluvio, et hodie in Batavia una Provincia dicitur Framia a fluvio Halapen. Ijsala.

§. 18. In hoc cultissimo Tractu sita est Corona, hungr. Brassó. Græcis Στεφανοπολις. Jacet in quodam hujus Tractus Recessu v. recessu montibus contiguis circumdata, quam vere Coronam totius Transilvaniæ vocat Helvius. Unde vero id nominis habeat ignoratur. Qui ab insignibus hujus Civitatis i. Corona radici inserta deducunt, ei fine Testimonio asserunt inventam fuisse Coronam radicii

radici inhærentem, dum primus Lapis in initio fundamenti jacti Ingens Urbis e terra effoderetur. Nomen vero Brassó Frœstenius pag. 3 & 5. ex Germanico Burtzenland. s. Barionum Campus deduxit, quæ conjectura mihi non admodum placet, Dabruisse enim antiquitus Dacos Sveticam Nationem in suis tractibus Sedem infra audiemus. Tractum Nomen ad imitationem Germaniæ conflatum et Ligride patet. Hinc errant Galli Scriptores in suis de Hung. & Framia Tractatibus, Hadriano olim Scriptitantes. Geographos si consulas, Ptolomeum & alios olim dictam et Patrissam invenies, inde hodie Brassó.

§. 19. Conditam et modernam Jane Urbem Anno 1803. testantur Annales parietibus Templi maioris inscripti, quod an de initio fundationis sint mihi videri, absoluto opere intelligendum sit non affirmo. Habet tria Suburbia, Hungaris, Sicnlis, Saxonibus Valachis, Vacis, Zingaris mistim inhabitata, exceptis ea parte, quæ Bolgar Szeg dicitur, ubi non nisi Bulgarenses degunt. Cæterum Mœnibus & Turribus munita, propter convallium angustias vero fossis destituitur. Si Partem Borealem & Australem Crepidis Lapideis ex Saxo fat elegantia videas, manantibus per maiores plateas rivulis prosoribus clauditur. Inter Ædificia publica eminet Curia in media fori maioris, cum Turri olim satis excelsa. Templum Cathedrale circa A. 1385.

distinguit. Ab Oceano vero Alpibus à Distrem
Provincias discernitur.

§. 17. Ad rationem appellationis quod attinet
varie definitur. Reisperdorfius pag. 571.
a Germanica voce Wuttelland deduxit, quod ra-
dix Corona inserta Daciam sit insigne. Sed mi-
hi non placet: non enim ille Fluvius dicitur
illo insigni: sed ipsa Urbs Corona, ut praesens
cernitur. Helpius C. I. §. 8. à voce Burtz Bur-
zelaud quae nostris porta dicitur, quod iste Distri-
ctus quasi porta sit ex Transilvania in Valachiam.
Alii ab anno Burtza s. qui Inne Tractum inter-
fluit: sed errant, quae Sententia nobis perplacet.
Notum enim est jam antiquitus non nullis Pro-
vinciis, ab interfluentibus fluviis, Nomen fuisse
inditum. Cagr. Hispania olim Iberia fuit dicta,
ab Ibero fluvio, et hodie in Batavia una Pro-
vincia dicitur Transia a fluvio Yssalae.

§. 18. In hoc cultissimo Tractu sita est Corona,
hungar. Brassó, Graecis Στεφανωπολις. Jacet
in quodam hujus Tractus Recessu v. recessu, mon-
tibus contiguis circumdata, quam vere Coronam
totius Transilvaniae vocat Helpius. Unde vero
id nominis habeat ignoratur. Qui ab insignibus
hujus Civitatis i. Corona radii inserta deducunt,
ei sine Testimonio asserunt inventam fuisse Coro-
nam radii

radii inhaerentem, dum primus lapis in initio
fundamenti jacti Duplis Urbis e terra esset effos-
sus. Nomen vero Brassó Froesterus pag. 365.
ex Germanico Kronenburg. s. Barionium Campus
deduxit, quae conjectura mihi non admodum ar-
ridet, fabuisse enim antiquitus Darios Scythicam
Nationem in suis tractibus Sedem infra audie-
mus. Graecum Nomen ad imitationem Germanici
conflatum est Ligur de patet. Hinc errant Galli
Scriptores in suis de Hung. & Transia tractatib.
Adrianopolim Scriptitantes. Geographos si con-
sulas, Ptolomeum & alios olim Sicram et Patro-
issam invenies, inde hodie Brassó.

§. 19. Condita et moderna Jam Urbem Anno
1803. restantur Annales parietibus templi maioris
inscripti, quod an de initio fundationis sive mihi vi-
deri: absolute opere intelligendum sit non affirmo.
Habet tria Suburbia, Hungaris, Scenis, Armenibus
Valachis, Graecis, Zingaris mixtim inhabitata, excep-
ta ea parte, quae Bolgár Szeg dicitur, ubi non
nisi Bulgarenses degunt. Caetera Moenibus & Tur-
ribus munita, propter convallium angustias vero
passim destituitur si Partem Borealem & Australem
excipias. Aedificia ex saxo sat elegantia videas,
manantibus per maiores plateas rivulis pro
foribus eluendis. Inter aedificia publica eminet
Curia in media fori maioris, cum Turri olim satis
excelsa. Templum Cathedrale circa A. 1385.

aedificatum, S. Mariae Virgini dicatum, cui aedificandi praebendas contulerunt exteri, et Personae illustres, ita etiam /: ut Joh. Rans in oratione in Gymnasio Coronensi habita A. 1729. testatur :/ Galli, Angli, Batavi, Principesque Germaniae, quorum insignia in porta quadam Urbis /: ni fallor :/ adhuc memoriae caussa adpicta visuntur. Sed splendor huius Templi ut & Urbis fatali incendio 1689. periit. Coenobium paucis ab hinc annis, annonae publicae conservatorium, una cum Templo S. Johann. turpi nostratium incuria, in manus pontificorum devenit. Reliqua Templa, ut sunt Xenodochiale, in ruinis nunc haerens, ac tandem extra Urbem S. Martini, S. Bartholomei Gymnasii, & Scholarum Aedificia non adumbramus, nisi quod dicamus Bibliothecam et alia Scholarum adjuncta multa perdidisse a splendore superiorum aetatum. De fundatore hujus Gymnasii Honterv & aliis diximus in dissertatione nostra de statu Ecclesiae Lutheranae in Transilvania.

§. 20. Privilegia hujus Urbis a Stephano I. ad Ludovicum I. data perierant, hinc Ludovicus Rex omnes immunitates et Privilegia a suis Antecessoribus data, Universali Privilegio confirmavit, quod magis illius Urbis fidelitate opus tunc habebat in bello contra Valachorum Wajvodam Lalyk. Edictum de illo Privilegio A. 1377.

ita

ita sonat: Quia fideles Nostri Senatores, Judices, Jurati, totaque Communitas Saxonum Sedis Brassoviensis, Nobis et Nostrae S. Coronae, semper & indefesse, tam fidelia, tamque grata exhibuerunt servitia, jamque non coacti, non inviti, sed sponte et liberaliter novum Castrum in lapide Districi Fürtzburg hodie, et Silvam ibidem juxta nostram voluntatem exstirpare, lapides, cementum, ligna & alia ad aedificationem necessaria propriis expensis procuraverint, ideo ut nos volentes eos quodam regii favoris Nostri Praesidio prosequi, favemus, quod Villae, sive Pagi sequentes: Veindenbach, Nova Civitas, Rosnor, Villa Volcan, Cydinis, Marcuburgum, Villa Nova, Ruffa Ripa, Mons Mebbis, Mons S. Petri, Bragendorf & Tarben nominatae sint Civitati Nostrae Coronae, ut ab antiquo fuerunt ita etiam in posterum quoque annexae, habeantque cum Civitate usum Silvarum, aquarum, Venationum, Piscationum, secundum eorum antiquam Consuetudinem. Confirmavit haec non modo Successor Sigismundus, verum sequentia quoque gratiose addidit: Quod Communitas tam Civitatis Brassoviensis, quam etiam Liberarum Villarum Provinciae Barcensis, habeant plenariam libertatem eligendi sibi Plebanos, Judices, Villicos et Consules, prout iis visum fuerit, Consilio omnium praematuro praecedente, ne aliquis ex Incolis virtute iuvaminis amicorum suorum

suorum præsumat se tali electioni opponere, aut ipsum quovis modo oppugnare, sed electio per maiorem Partem Communitatis facta rata & valida habeatur.

§. 21. Dabantur antea, ut ex Privilegio Ludovici Regis constat Barcienſibus duo Comites Regii, a Supremo Magistratu, quorum primus in Novo Castro Fürstenburg, alter in Castro Helvetiæ cuius ruderа adhuc monstrantur habitabat, quibus in Urbem venientibus incolæ eiusdem, unum prandium, unam Cænam, et unum Equum 20. florenos valentem, annuatim Regio nomini dare debebant. Cum vero Brassovienſes certis de causis antea a Socijs seiuncti, Legibus Sedis Jegerem Saxonicalium se subijcere vellent, demisse Sigismundum Regem A. 1422. per Legatos rogarunt, ut iis hoc gratia concederetur, a quo tempore Ursprati Saxonicis uniti in hunc usque diem manserunt. Et quia Urbs nondum satis munita erat, Rex Ladislaus A. 1454. 4 Pagos Windenbach, Prendorff, Peterburg, ac Kaenigsburg adiecit hoc præsertim; ut civibus in muniendа Urbe ærumnа sint subsidio, eamque tempore obsidionis vigilijs, aliisque defensionibus adiuvent. Huc pertinent alia Donativa Regia, de depositione Mercium in hac Civitate, de Baronum & Hungarorum Nobilium

recep

receptione, ne in Urbe Comitatum debito maiorem secum ferant, de Foro eorum proprio; de commercio Viennam usque exercendo, aliisque multis libertatibus, quas Leopoldus Clementer confirmavit, Josephus Legg. sicut & Carolus Imperatores Religua Regius Barcia Oppida, et Vicos videlicet apud Turbacium, Istvanfium. Minoris momenti sunt religui Valachorum et Siculorum Pagi, e quorum numero notamus Valachorum Pagum Zernest. quem Romanorum Coloniam Zerkensium in Dacia esse audacter affirmo, cuius mentio fit in Corpore Juris civilis Leg. 1. Pandect. de Censibus.

§. 22. II. Atlandia. Fratres die Alutum fluvio circumiacet, sine nominis ratio; et completitur Sedem Sibinienſem Gross Zenekensem, Leschkirchensem, et Ruspensem, quorum Termini dagg ac religuorum fratrum adcurate describi non quiverunt. In Sede ergo Sibinienſi notabimus pro Sibinium Hung. Szeben, Germanice Hermanstadt. Forte Petra Saxonum Metropolis est, non vero Sedes Principum ordinaria est, v. fuit, ut erronee scribit Cellarius in Geographia nova L. XV. Latinum nomen Traestenus a Sibinis populis antiquis deducit. Reiffer dorpius ta Sterlabens fluvio Sibino deducit, nos vero in tanta obscuritate nil certi definimus. De Germanico

quod

quæ nomine variant Scriptores. Meibomius in Tractatu de Armentula a Mercurio, qui & Harmes dicitur Saxonum antiquorum Deo deduxit, cuius idolum Zeic loci religiose cultum fuisse asserit, sed certe sine testimonio Logritur. Mollerus a Rege Dacorum Hermanrico dictum putat, qui circa annum Christi 375. fasces remit, et 378 Burgum seu Urbem extruxisse dicitur. Communi omnium ab Hermo Norimbergensi gentium deducit nomen, qui circa A. 1180 sub Rege Leyra fundatum Hujus Urbis fuisse fertur. Eandem extra dubium est in Sigillo Hujus Urbis Legi hoc Verba. Sigillum civium de Villa Hermanni. Quis vero sit Hermann fuerit, in quæstione relinquitur. Eterum Metropolis Daciæ tutius Transilvaniæ amplissima & munitissima est, Hujus namque intra, fossis, aliisque propugnaculis cincta, non tamen pro sua amplitudine satis populosa. Condita est A. 1160. Gaudet Gymnasio & Bibliotheca ab Austero Jumfata Inter Oppida eminet Hria, ubi Conventus publici fieri solent. Hria habet Templa, quæ a Lutheranis frequentantur, Palatiale, cum eleganti turri, Cœnobium & Episcopiale. Plura qui aveat evolvat

Procesterum

Procesterum 8. 2o Sedes Szaszbehen sis Hung: Nagy Sink, Oppidum in Transilvania satis celebre, relicta in ejus notatur. 3o Sedes Losedberekensis, Hung: Uj Egyhaz. 4o Sedes Rupensis, a priori Oppido rupes dicta Hung. Köhalom. Lazius pg. 929. est Oppidum populosum, cum Castello munitissimo. Reliqua videsis apud Frenchenstein pg. 9.

8. 23. III. Veinlandia a vino, cujus ferax est, in se comprehendit 1o Medgesiensem, cujus caput Medgia v. Medgesinum Hungre: Medgies. Latinam originem dat Romanis a quibus Dei Zonus Medgi Colonia dicta fuit, quod in Medgesii ogrofi David rotius situs fuerit. Molerus Urbs de Ocelium Majorem 1189. condita dicitur in annalibus Urbis. Reisebergius pg. 576. Scribit olim fuisse Oppidum, et non ante multos annos a Reisebergiis Arae Incolibus fuisse firmatum. Nihil memorata dignum habet præter Templum cum Gymnasio in Colle situm, una cum Parochia, Muros Turribus & Fossa pro Regionis Nostræ consuetudine cinctum, cum Turri satis Eminenti. Vid. Procest. pg. 409. et observa, quæ de hac Turri et Vicinensi S. Stephani nigatur 2o Dicit Valuenum Oppidum mediocris

Veinlandia.

conditionis

conditionis, Ptolomeu. l. ex mente Lazii pag. 929. Sedem fuisse Episcopalem satis constat v. ex Monumentis Episcoporum Sepulcralibus in Templo Calli satis affabre extructo conditis.

§. 24. 2o. Sedes Schoesburgensis extrema terrae saxonicae occupat, versus Siculiam, in ea sunt Virzburg seu Sezesburgum ~ Segesvár. Ptolomei Sandona ex mente Lazii pag. 929. Ratio nominis non est in comperto. Proesterus a pago vicino Sezas, quasi Virtzburg bersezass dictam putant; pagina vero 421. a Marte veterum Potzorum Deo, quem Hersum dictum putat. Nobis eorum opinio placet, qui detortum volunt ex vocibus quicquid sit moderna Urbs ad Coezelium majorem, partim in Monte, partim infra ad radices sita Ao 1198. condita fuisse dicitur, superior pars formam arcis repraesentat, hinc Incolis dicitur Bürtz, dicta superiori Bello Civili suis Moenibus nudata, inferior superiore est amplior. Templa duo cum Gymnasio, et alia aedificia cernas. De cetero ab aëris & aquae salubritatem Sexusque sequioris elegantiam in Trannia celebratur. Reliqua Oppida Jujus Tractus sunt Kezd, unde Capitolium Kezdiense. Cetr. Vid. Geograph.

§. 25.

§. 25. IV. Districtus Ante Sylvanus. Hoc nomine venit, tractus ille Saxonum ad ripas Marusii Orientalis situs, ad silvosa Montium juga, unde et Nomen habet: in hoc Tractu sunt 1o. Reismarkensis ab Oppido Reismark. Latine: Mercurium. Jungrē: Szerdahely. Ita dicta latinis a Mercurii Statua, hic loci in Sacello adhuc superstite olim culta. Conditum ē Ao. 1200. Equidem in Sede Maros est Oppidum Kerdahely, ubi olim diebus Mercurii solebant confluere litigatores ex illa Sede, causamque agebant. Unde Jungrē nominatum est. Si in isto tale quid acciderit, a Romanorum Sividana via deduci potest. Reliqua loca vini feracissima praeter Urbigen & Dobring.

2o. Sedes Sabesiensis ad ripas Marusii, cuius caput est Sabesus h. Sászsebes ao 1150. condita, non valde ampla, inter paludes in valle profundissima, muro simplici cincta. Reliqui Pagi nil habent memoria digna.

§. 26. 3. Sedes Szászvarosiensis, in confinibus Vallis Hátszeg. caput Sedis est Saxopolis, ~ Szászváros, a Saxonibus ita dicta, condita est ao. 1200. ad ripas Marusii, in Solo Vini & frumenti feracissimo; hodie nullis Moenibus cincta, in Meditullio videas Castellum iam iam ad ruinam declinans. Foelich. pg. 314. ait hanc Urbem alias filialem, in Matricularium Urbium Saxonicalium receptam esse, dum

Claudi

Claudiopolis a vera Christi cognitione discessisset, quo fundamento ipse viderit. Ceterum ut plurimum incolitur a Reformatis, qui ibidem Pastores habent, Saxonem Unum. Magistratus alternat, ut si nunc Hungari, sequenti anno Saxo fasces teneat. Origo alternationis est. Cum Steph. Bathori et Paulus Kenesi, sub Mathia Corvino Victoriam reportassent a Turcis, in Campo Kenyér Mezö, Turci fugitivi Maximam Oppidi partem flamma ferroque vastarant. Hinc coacti fuere Oppidani reliquos Hungaros Cittē sua donare. Reliqua vid. ad Geographos.

§. 27. V. Districtus Districiensis, ultimus die terrae Saxonicae tractus, undique a reliquis Sedibus in confinijs Hung. Poloniae & Moldaviae separatus, iacet in valle quasi, circa ripas Fluvii Besztertz, qui nomen ei impertitur. Latinum nomen Troesterus non sine fundamento a Bastarnis Germanico populo deducit. Germanica vero apellatio aperte indicat Ptolomei Nosiudanam Lazius pg. 929. Moderna Urbs circa a. 1220. in convalli spatiosa, Moenibus, fossa, et alijs propugnaculis munita est. Aedificia publica sunt: Templum Cathedrale, post reformationem a Lutzeranis e lapidibus quadratis Extructum. Xenodochiale Piaristis commissum. Tria Monasteria, annonae publicae receptacula, unum eorumdem Franciscanis, Minoritis, sub Leopoldo

Imp.

Imperatore commissum. Fundus Urbis hoc singulare habet, quod sub omnibus plateis canales sint producti devehendis aquis subterraneis, quas incolae diligenter procuratas retinere debent, nisi inundationes pati velint, aqua & aër non ita salubris, ager enim undique refertus est sale petroboricae. Hinc multi olim Strumosi, et fatui inter incolas reperti. Cives utuntur dialecto Germanico adfini. Ceterum regii et liberi fuerunt hujus Districtus homines a primo semper ingressu, & reliqui Saxones, vi tamen subacti 1456. et formatus ex eorum Districtibus peculiaris Cottus, remunerationisque loco, Joh. Hunyadi a Rege Ladis. I. sub titulo Cottus Districiensis datus est. Turocius part. II. C. 57. Tandem a Mathia Corvino Joannis filio pristinam rursus acceperunt libertatem. Franquenstein pg. 19. Inter doctos olim hic clamere Albertus Cerasinus primus Ecclae reformator, denique Rotzmannus & alii. Vid. Dissertationem nram. Haec sunt quae de terra Saxonum v. Fundo Regio dicenda habui, a quo discernendae sunt illae partes, quae Hungarae Nobilitati a temporibus Gabr. Bathori Principis nondum defecati ingenii cesserunt. Quae lege in Dissert. nra pg. 84. Num. 34.

Art. II. De Cottibus Hungaror.

§. 28.

§. 28. Hoc nomine comprehendimus partes Transmontanas Occidentales, quicquid enim adconfinia Regni Hungarici situm est id Hungari occupant. Judicio ee prope Fractum hunc olim ad Regni Hungariae portionem fuisse, eadem etiam ratione ut partes Hungaricae in Comitatus dividantur, ea quorum numero occurrit

1o. Comitatus Hunyad, situs ad ripas Marusii, versus Meridiem in extremis Transmontanis partibus. Nec amnis in hoc Fractu Oppidum Hunyad, cum arce in Montis acie communitatum nomen praebens. Bonfinius scribit Castellum hoc a Jos. Hunyadi erectum ee, unde et nominis ratio cognoscitur, Oppidum Vajda Hunyad dictum fuisse, ipsique nomen Hunyadio Johannem indidisse tradunt, quod a Rege Sigismundo ob res praeclare gestas, hoc agro fuerit donatus. Vid. Diten. Dissert. de Comitatu Hunyadum. p.

2o. Deva. Oppidum cum arce in Monte edito, puratim ee Ptolomaei Deldava Tabulis pro. 32. jubet cerni illic tumulum in collis speciem adsurgentem opere magis grandi quam factum, quem Decebali ultimi Dacorum Regis Sepulturae monumentum esse putat.

3o. Barnitsha. Castellum ad ripas Marusii, non spernendum nomen dat Familiae Baronum Jessika de Branitsha.

4o.

4o. Babolna et Kilos, duo Oppida Vini Strahia notissima. Alia vid. apud Seeglaptor. Notatu dignus est Vasárhely, Pagus ad fluvium Strigy ob reliquias inscriptionum Romanarum, hunc Pagum putamus eo loco situm esse, ubi olim Regio Zarmigetusa exstitit, post devictum vero Decebalum a Caesare Trajano, Ulpia Trajana dicta. Ulpia hoc Trajana autem vallum in plano positum, opportunum ad tutandum & custodiendum ingressum in eum situm, modo porta ferrea nominatur; ingens est & quadratum, fine fossa mera terra constans, sed cujus area murorum & aedificiorum ruderibus abundat, cinis in parte superiori rivulis discinditur, qui vero in media area uniuntur. &c.

§. 29. II. Comitatus Albensis intra ripas fluviorum Argyos, Ompolj, & Marusii, nomen habet ab Alba-Julia. Romanorum tempore Apulum dictum. De ratione Nominis non una est omnium Sententia. Bonfin. pro. 417. vocem Albae ab Hunnis dictum putat, quos Turci Kelt-kuw i. albos v. albanos nominant. Forte ex a latina Alpes, quibus haec Urbem cinctam ee constat? derivat. Vocem vero Julia ex nomine Appulia prima Syllaba detracta. Bonfinius a Gyula, uno ex septem Hunnor Capitaneis

dicta

dictum vult. Alii a Julio Cæsare, ut Claudiopolim a Claudio, sed omnibus temporibus Julii Cæsaris Dacia Romanis fuit invia. Fuit haec Urbs ordinaria olim Principum Sedes, ad Marusii et Apulii confluentiam, in colle declivi circumfusa, undique planitie gratissima. Inter Ædificia publica conspiciebatur olim arx Principalis a Joh. II. Ædificata, & a Gabriele Bethlen exornata, Olim tribus distinctus partibus, in tres quasi arces dividebatur, quarum duæ post Prpis Rákóczi II. interitum, Urbisque ruinam, incultæ iacuerunt; tertia, quæ Templo adiacet ab Apafio restaurata fuit. Templum S. Michaëlis, ex lapide quadrato ad formam Crucis cum duplici turri eleganter extructum est. Pone hoc cernas Monumenta Isabellæ, Gabrielis Bethlen, Georgii Rákóczi I. et aliorum. Gymnasium Academicum, a Gabriele Bethlen fundatum, cum fundo 80000. Imperialium, et decem Pagorum dominio, Decimis denique Urbis Enyed & Debrecin, ubi in summa fama docuerunt exteri fere omnes Henricus Alstedius, Joh. Bisterfeldt Joh. Piscator. Isacus Basilius, quorum Virorum tanta fuit celebritas, ut multi Nobiles exteri etiam ex Hungaria, Bohemia, Polonia Studiorum caussa huc evolarint. Dissertationes quoque more Academico habitas vidi subinde. Post persecutionem

Hungr.

Hungarorum superioris ævi, dimidia pars Gymnasii S. Patakiensis huc est translata, cum Professoribus Posahazi & Buzinkai, hinc Gymnasium Patakino-Albense dictum. Cum autem Cæsaris jussu Albaiulia novam faciem indueret, Gymnasium illud hinc migrare debuit cum suis Professoribus, qui se in Nyvásárhely receperunt, ibique hodie haerent, spe sine dubio se lactantes fore, ut Impr. iuxta promissa, novum illis Gymnasium loco apto exstrui curet. Multa Monumenta et Inscriptiones argto sunt amplissimam hic loci olim fuisse Romanorum Coloniam. Fuit olim Sedes Episcoporum Reformatorum; sed 1714. post expulsos incolas Hungaros, Episcopus Pontificius in aula Prpali residet. Hodie Carolina dicitur. Visus est nummus quidam, in cujus latere altero Carolinam videas cum Aquila expansis alis, supereminente cum Lemmate: Intissima quies, in adverso latere sequentes versus annum fundationis indicant

LVCe saCra CaroLI sIMILes aLba aCCIpIt
ortVs
In soLIDa prIMVs ponItVr arCe LapIs.
IVLIa nata fVI CaroLVs VIM robVr et aVXIt
IVLIa sI IVbeat nVnC CaroLIna VoCer.

§. 30.

§. 30. Enyedinum, Stolondi Singidava ex mente Beruᵉ & Cellariᵉ secundum P. Papaium vero Armiavia Romanorum, situm ad rivum Enyedi parvᵘᵐ, cujus aqva multos fatuos & stumosos reddit. Incolæ olim fuerê Saxones, tempore autem malo exemplo in Hungaros degenerarunt, habent tamen suum templum & Pastorem Lutheranum. Urbs hæc habet Castellum muro simplici et fossa cinctum, olim Gymnasio gvasi subdita fuit, hodie vero secessit, decimas tamen Vini & frumenti Gymnasio exsolvit. Augmentum cœpit hoc Gymnasium, postgvam Albense cum suis redditibus huc translatum est. Reliqva Comitatus Albensis Oppida sunt: Abrugbánya, Körösbánya, Zlatna Romanorum temporibus iam nora, de Nobilium, Vid. Papaium in arte Heraldica, ac tandem Adam Kolcseri in Libro suo citatus. Adam Oppidum Fogaras cum arce ad Alutam natura & arte munita, in fundo paludoso ædificata. Traduat nomen Fagaras non Fogaras scribendum esse, qvod dum hæc arx ædificata fuit, operarii Ligneis nummis utebantur, Vine Fagaras i. e. Crassus Ligneus.

§. 31. III. Comes Torda ab Oppido Torda, Romanorum Dierna, ut Lazius gdg. qui Oppidum sine Mœnibus satis amplum, ad Aranyos situm, Mercaturâ & salisfodinis celebre, in Regius agris

notari

notari debet montis cujusdam Vians, seu antrum amplissimum, Hungaricè: Torday Barlang, in qvo hostilium irruptionum tempore, aliqvot millia Dominum se abscondere posse creduntur. Plura dabit Procesterus pag. 420. Cæterum in duas sedes dividit: O, et Uj Torda, diversos utrogz Magistratus habent. In hoc Comitatu sunt Prostéc, serinis celebre. Oppidum, ubi in Gruyto Monte, inter Sepulcr. Castellum cernas, qvod alii ad Pagum Torotzkó S. György, referunt. Ambo pertinent ad familiam Nobilem Torotzkai. Pereché, Castellum familiæ Kemény, ut et Vérs. Pernyeszeg Castellum familiæ Teleckianæ proprium. Torgeny olim fuit Castellum, in Monte altissimo a Joh. II. erectum, a Gabriele Bethlen vero et Georgio Rakoczi I. insignis munitum, superiori vero Bello intestino, maximo Cæsareanorum damno deditione captum, et a Rabatinis solo æqvatum est. In hoc tamen Comitatu iacet Oppidum Saxonicum Régen, in Montibus carpathicis conspicitur, familiæ Dánffi; arces vero duæ Libéri, certam tamen taxam Dominis Territorialibus pendere coguntur. Non procul a Régen in Montibus carpathicis conspiciuntur rudera Urbis antiqvæ, Hungaricè, Leányvár dictæ. In hoc Comitatu est qvidam Pagus Póka, qvi totus a Nobilibus habitatur, qvi alibi magnas possessiones habent. Unde periocum Parvavienna nominatur.

§. 32.

§. 32. IV. Comitatus Doboka, in finibus Hungariæ, Oppida præcipua sunt: Doboka familiis Banffiana, & Bethlenia, quod quondam celebri Castello munitum fuit. Apahagyfalva, Domus generalis Apaffiorum. &c.

§. 33. V. Comitatus Colos, ab Urbe Colosia, seu Claudiopolis; licet alii Rectius malint ab Oppido Colos Salisburgiis celebri, Rectius quidem: nam Claudiopolis olim ad Saxones spectavit. De ratione Hungarorum variam Scriptores. Prostemus pg. 494. Romana legione VII. Claudia dicta videtur deducere, sed sine ratione. Legio enim Claudia VII. Moesiae & Judææ adversus Dacos imposita ab Ottone Imperatore in Italiam deducta fuit. Tacit. Hist. l. II. cap. 88. Ptolomæus C. III. Zeugma Ptolomæi putat esse. Reipsius vero, in Syntagmate Antiquitatum, Colosiam Napucam vocat. Diversi sit, Claudiopoli ceras Castellum antiquum, Hung. Evár, quod a Romanis ædificatum creditur, in eo ostentatur Domus & Lecti in quo Matthias Corvinus Rex primam lucem adspexit, Hodiernam Urbem conditam testantur annales 1470. Sita est ad fluvium Kamos minorem, planitiæ amenissima, Mœnibus & portalitiis munita, mercaturæ & annonæ utiliate satis celebris. Incolæ olim fuere Saxones, quorum nomine etiam aliqui superstites, ut plurimum vero in Hungaros degenerarunt. Tria hic sunt Gymnasia, sic dicuntur Academia Lapistranum, Reformatorum & Trianor.

Ad 1714. Trianio non solum Templum Cathedrale, sed et Gymnasium una cum Scholis Caesaris jussu est ablatum, licet privatim pleri Professores exercendi Sabeant libertatem. Gymnasium suum Pontificium dicunt Universitatem, et in eo conferunt honores tantum Philosophicos, docentes annuntur Professores, est ei adnexa etiam Typographia nova. Ceterum abbinc annum et Claudiopolim fundo regio olim fuisse incorporatum, secessisse vero multis abhinc annis. In hoc comitatu et etiam Fenes, Gyalu cum arce Comitis Banffi, Sebesvár, Kolos, Körösfö vicus in cujus agro Lapilli singularibus Characteribus notati reperiuntur.

§. 34. VI. Cum Küküllö ad ripam Cecsei minoris. Hung. Kükülövár. Radnot cum Castello elegantia Rakotzio I. extruct. Alvinc Praetantiam & copiarum notum Ebesfalva. Elisabethopolis, cum eleganti Castello, spectans quondam ad Viduam Principis Apafi, hodie fiscum, quamvis abhinc annis Armeni coacervatim huc confluxere, qui maximum civium, numerum nunc efficiunt.

Articulus III.

De Scribis Siculorum.

§. 35. Hoc Nomine venit Tractus ille, ad fines Polonicæ & Moldavicæ, montosus fere ubique, quem Siculi inhabitant, Secunda ex ordine in Transilvania Natio, habet Comites, Barones, Nobiles, et Plebeios. Distinctio inter Comitatus & Sedes, quod in

Comitatibus Plebs sit obnoxia Dominis Terrestribus, prout enim decimas ex terra. Sicula vero plebs ab origine sua fuit libera, nullis contributionibus obnoxia, propriis sumptibus militare obligata, interea ex massa Contributionis, in se recipere pleno certam partem, Religuum inter se dirimunt. Hoc etiam habent peculiare, quod in casu defectus seminis, cujuscunq; sive liberrimi, sive Plebeji, sive Nobilis Bona, exceptis Nota infidelitatis, non deriv[a]nt ad fiscum, sed ad consanguineum, immò in ejus defectu etiam ad Vicinum. In perlustrandis horum Sedibus initium capiemus a Districtu Háromszék, quod tres Sedes in se complectatur, nimirum: Sedem Sepsi Kézdi & Orbai. 1. Sedes Csik ab Oppido Csik Somlyó, ubi franciscani suum habent Gymnasium & Typographiam. Filiales Sedes habet Gyergyo, Kárpegy & Kászon cum Oppido cognomine. 2. Sedes Udvarhely ab Oppido Udvarhely, Gymnasium habet Reformat. cum uno Professore, ut et Monasterium Ordinis Jesuitarum cum Templo splendido in monte dicto. 3. Sedes Maros, in ijs partibus ubi Marus fluit, in ea est Maros Vásárhely. Hic est Domus congregationis Siculorum, Székház nominatur, ubi licet eis Sontes damnare, non tamen in territorio Oppidi executivum dare. Habent Etiam Scholam illustrem cum Professoribus, quos

Comites

Comites Bethlen fusipendant. Anno 1717. Albam Juliam sunt translatum. Jesuitæ etiam sunt; sed plures habent campanas quam Auditores. 7. Sedes Aranyos, est minima omnium, nec nisi Pagos habet. Atque haec sunt quæ Geographice de Regno Hungariæ dicta sufficiunt, sequetur Historia Transilvaniæ.

Liber III. Historicus

Pars I. De Historia antiqua. Periodus I. A Diluvio ad Romanorum irruptionem.

§. 36. A cognitione Geographica, pergimus ad Historiam, ubi in antecessum observamus sequentia:

1o An Scythæ Europæi, Getæ, Dacæ, Daci, Sepidæ, unius generis populus fuerint, nominibus tantum distincti?

2o Si una gens fuerunt, an Germani fuerint?

3o An Gothi ex Septemtrione Seculo III. primum ad ripas Danubii migraverint?

4o An Saxones Transilvani ex Gothis seu Getis ducant originem?

5o Quid de Hunnis, Siculis, Valachis, Patriam hanc incolentibus sit satis necessarium.

§. 37. Ad Quæstionem primam, sunt qui Scythas & Getas pro iisdem habent, Dacos vero et Getas non tantum diversos, sed et a Getis prorsus diferos adfirmant. Nos illorum nemum Sententiam, qui nomina illa diversa, diversisq; temporibus data, unam tamen Gentem denotasse fatentur, adeoq; nominalem tantum inter Ista nomina esse differentiam.

D

Quod & probamus 1o testimonio antiquissimorum Historicorum, ut sunt: Herodotus, Libr. IV. Ubi dum Darii Histaspis expeditionem describit, expressissime adserit, eum bellum movisse in Scythas, in quorum Regno Istrum & Marusium decurrere dicit; Scythorum vero Regem Justinus l. 2. c. 5. Janyzatum adpellat, quem Pethorum regem fuisse testatur. Deuxipus Nepos in Miltiade. Ovid. Trist. l. III. Eleg. XI. v. 1. instar omnium esse potest Praecopius Sec. VI. Scriptor l. I. de Bello Vandalico scribit, ipsam paludem Meztidem, Gothi antiquitus obtinebant. Venundem, Strabo, Plinius, & infiniti alii expressissime unam fuisse gentem testantur.

§. 39. Ostendendum est Pethas & Pothos, nomine tantum differre, primo Praecos adseremus, qui ignorare Pethas non possunt, quia in confiniis eos consederunt, ut Praecopius c. 1. de Bello Vandalico expressissime Gethicas nationes Pothos adfirma fuisse. Strab. l. VII. Graecis jungemus Latinos, quibus pariter Pethi & Pothi pro iisdem habentur. Ovid. in ponto c. 1. Ep. 1. Cap. II. Ep. VII. Tristium c. II. v. 192. Prudentius Poëta l. II. contra Symmachum v. 695. Rhedagasum Pothorum regem vocat, Gothicum Tirannum.

Tentavit Pethicus nuper delere Tirannus
Italiam, patrio veniens juratus ab Istro

Orosius Sec. V. Scriptr. Ot. c. 16. scribit Pethas, qui nunc Pothi dicuntur. Alexander Magnus

Ejulantes

Ejulantes pronunciavit, omnes uno ore Romani Scriptores, conveniunt in hoc, Pethas Pothos fuisse dictos. Recentiores non addimus.

§. 40. Dispiciendum iam: an Daci iidem cum Pothis et Pethis fuerint? Nos probamus, Strabo l. VII. inter Dacos & Pethas, quibus unam eandemque Linguam scribit, nullum aliud discrimen agnoscit, quam quod ex situ loci cognoscitur. Dacos enim vocat, qui versus Germaniam, Pethas qui versus pontum habitarunt. Plinius l. IV. c. 12. Hist. Naturali, Scythiae Europeae Populos describens scribit Pethas Romanis Dacos esse dictos, quam Plinii fidem tuetur Dio-cassius, qui Caracallae temporibus vixit, & Pannoniae Praeturam ipse gessit. Ita ille l. 67. Dacos eos adpello, qui ita cum a se ipsis, tum a Romanis nominantur, & si non ignorem eos a quibusdam Praecis Pethas esse dictos. Horat. l. IV. Ode 15. Pandianus in Ruffinum l. 1. v. 310. mox Dacorum, mox Massagethorum, moxve Pethorum utitur nomine, quod fieri non potest, nisi Scriptores nomina ista Synonimia esse cognovissent. Sed quid opus tot Testimoniis! Cur vero Nationes illae, ratione generis non diversae, alia ac alia adsumserint nomina ignotum est. Synesius in hanc rem in Oratione de Regno ita scribit, Pethae & Massagethae, alia pro his adsummunt Nomina, nonnulli & vultum artificis immutant, ut novum et immane genus terra editum esse videantur, terroremque animis nostris iniiciant.

Si

Si de nostro aliqvid liceat addere, dicemus Vocabulum Scytharum apud more antiquor conspectu, qvi ignotos sibi populos dicere Scythas consueverint, his inditum fuisse. &c.

§. 41. Alter fons unde Sententiam Nostram probamus, est conformitas Verum gestarum. Dum enim res gestæ eorum a Scriptoribus et Loco & tempore et Nativone diversis exponuntur, ita illos se se gerere Legimus, ut idem factum ab uno Scytis, ab altero Persis tribuitur, et qvod die Darii, ille Persis adscribit, qvod fieri non poterat, nisi exploratum Scriptoribus fuisset, eos non nisi nomine fuisse diversos, diserere. Ne vero hæc gratis dixisse videamur, sequentia Testimonia Jam in rem producemus: Herodot. l. IV. De expeditione Darii contra Scythas Europeas, Ut vero Persis fuisse diximus ex Jornande, & alia infinita.

§. 42. Tertius fons est cognitio Morum & Consuetudinum, præsertim qvæ ex Harmonia Linguæ petitur. Id probamus ex Procopio l. I. De Bello Vandalico, in universum de Gentium Nativitibus ita Latur: Gothica Gentes, Ostrogothi, Visigothi, Persica, Nominibus omnes qvidem omnes interse differunt, cetera conveniunt, ex una gente omnes creati, iisdem Legibus utuntur.

Jacit

Jacit. Hist. l. III. eam indolem hujus gentis Posteritas, nunqvam Gothas nominat, ut & Martialis Dacas Gothas Daciqve Getæ. Cum vero Ammian. Marcellinus l. 22. de indole Persarum disserit, eos fere fallaces nuncupat. Ita Herodot. l. IV. Dacos Persas mortem contempsisse. Idem Parsaliis & Jornandes affirmant. Plura in hanc rem adferre qvid attinet.

§. 43. Ultimo: ex Harmonia Linguæ, si ratione generis pro uno Populo habentur, legitur eos et eandem habuisse Linguam. Id probavimus supra ex Procopio, diserte affirmante, Persis & Dacis eandem fuisse Linguam, qvæ die iam non reperemus.

Q. Qværitur tamen, qvalisnam illa lingva fuerit &c.

R. Nullum veteris illius Linguæ exstare Scriptum, aut aliud Monimentum. Si excipias codicem V. S. in Bibliotheca Regis Hispanici, qvi antiqva Linqva Gothica scitur Scriptus: attamen ex religqvis veterum aliqvot dictionum colligi potest probem fuisse Germanicam, adeoqve & ipsos Populos stirpe & genere fuisse Germanos, qvod statim demonstrabimus.

Q. §. 44. Qværitur an & Natives fuerint Germani? Ptolomæus in Almagesto l. II. scribit, Germaniæ fines ita determinat. Paulus Diaconus de rebus Longobardicis præclara scribit. Polydorus Virgilius de inventoribus rerum Gothicarum.

Germ

Germanicum seu Scythicum genus, modo Getzi, modo Gothi a priscis Scriptoribus vocati sunt.

Obj. §. 45. Objr. Getzas Strabo l. VII. expressissime dicit Traciam gentem, Traces autem nemo unquam dixit Germanicam gentem. R. Strabo Libr. Citato tantum ex mente aliorum ita scribit, qui existimant ipsos Getzas esse gentem Tracicam. Sed quomodo eodem Libro ex sua mente disserte dicit, ob crebras in Traciam Migrationes, et quod Tracibus Mysiisque fuerint permixti: Getzas inter Traces fuisse numeratos, &c.

§. 46. Proxima & Affinis Quaestio est: An Getzae indigenae fuerint veteris Daciae? an autem ex Scandinavia /: ut vult Jornandes Epus Ravennat Scriptor Medii Seculi Sec. VI. :/ relicto patrio solo, in Sarmatiam, hinc in Daciam migrarint. Sed haec Jornandis Sententia abludit a vera; vix enim credibile putandum est Getzerem, qui communiter pro primo Gothorum patre habetur, primis post Diluvium annis, cum suis sequacibus, amplissam & amoenissam Terrarum partem Asiam dereliquisse; multo minus verisimile est, aliam ex primis Hunnibus eo venisse familiam, ut derelictis Asiae iam exultae tractibus, in regiones Boreales, Sylvosas & gelidas, multumque ab Asia dissitas perrexissent in Scandinaviam, inde tempore in Daciam.

Cum

Cum ergo ab illis temporibus, quibus bellorum occasione Gothi Romanis & Graecis innotuere, antiquissima eorum Sedes, imo Patria Dacia reperiatur, firmiter credimus opinionem Jornandis esse fabulosam; immo Scandinaviam non prius fuisse inhabitatam, quam tota Germania gravida foetaque Hominibus esset, ex qua successive incolae Scandinaviae originis Germanicae, ceu lingua eorum docet, emigrationes versus Boream instituerunt. Consentientes habemus Turocium l. 1. c. 11. Bonfinium l. 11. dec. 7. Decium in vetustatibus Poloniae.

§. 47. Restant Saxonum Natales, pro quibus si non apodicticas, saltem probabiles habemus rationes. Prima et multis receptissima opinio est illorum, qui sub Geisa II. ab 1141. ad 1161. Hungaror. Rege, numerosos ex Germania Homines oblatione multorum privilegiorum excitos, ac inter eos quidem Saxones in Transilvaniam adductos esse statuunt, postquam scil: dictum Regem contra Tartaros iuvissent, Geysam gratitudinis ergo Saxonibus Transilvaniam obtulisse vel contulisse inhabitandam, cum magnis multisque Privilegiis. Hanc suam Sententiam insternunt veteribus monumentis & templis. 2o Aedificatione Urbium Saxonicalium. 3o Vestitu Mulierum veteri, Norimbergensi simili, cumprimis in privilegio Andreae Regis 1224. Teutonibus Transilvanis dato, in quo vocati a Geyza dicuntur. Diplomatis hujus tenorem videsis apud Toeppeltinum in originibus Transilvaniae pag. 16.

Sed

Sed hoc Diploma videndum prius erat, an sit Pennirum, vel proprio Regis Sigillo munitum?

§. 48. Altera opinio est Bonfinii, qui scribit Carolum M. Colonias ex ipsis Saxonibus toties rebellantibus in Pannoniam & Daciam sibi nunc subjectas traduxisse, ut eorum vires sonchius exterminarentur. Non negamus Carolum M. multa millia Saxonum rebellium transtulisse, sed in Pannoniam non Daciam. Eginhartus in vita Caroli M. Otrokorsi p. I. c. 5.

§. 49. Tertia opinio est Sobelini ita scribentis in Cosmodromio suo Sect. VI. anno Ludovici 8vi Regis Hung. invadunt Saxoniam, magnam praedam Virorum & mulierum inde adducentes, quos in finibus eorum versus Thraciam collocabant, unde in hunc diem in illis locis Lingua Teutonica loquuntur, & ab Hungris Saxones Franni nominantur. Vid. Miboninm, in notis.

§. 50. Quarta Sententia stamit, tempore expeditionum Sacrarum, cuius nonnulla agmina per Hungariam versus Orientem migrarunt, transfugas hic locorum sedes sibi acquisivisse accepisse adeoque originem inolis Germanicae hic loci dedisse. Accedit quod Equites Cusiferorum in vicinia Polonia Seculo XII. Sedes suas finxerint. Hi vero Equites Nativae Germani erant, & pro insignibus utebantur duobus ensibus rubris cum cuspide infra positis, eadem plane forma, qua Cibinium utitur. Et haec Sententia vera videtur.

Quinta

Quinta Sententia est Athanasii Kirkeberi, sed fabulosa: fingit Deperditos Hamalicis filios per subterraneos meatus in Transiliam venisse, ibidemq; modernis Saxonibus originem dedisse; sed quos non videt fabulam.

Vltima Sententia deducitur ex Gothis Daciae, qui olim in his terris sedem habuere, quibus plures Nationes Germanicae in diversis temporibus se se miscuerunt, donec cum tempore Natio ista se se augmentaret, ut collatis & acceptis Privilegiis ab Regibus Hungariae Genti Statum Transilvaniae acciperet. Consentit in hoc Nobilissimus Joppeltinus Hammerus in Hist. Ecclesiastica, cui nos Sententiae tamen adhaerebimus, donec solidioribus his contrarium demur argumentis: interim tamen hujus Sententiae nemini obtrudemus.

§. 51. Quod reliquos Transilvaniae Incolas attinet, operae pretium erit pauca de illis commemorasse. Et quod de Valachis: Religionis esse Romanorum ex coloniis Trajani avo hue deductis satis constat. Nomen quod sibi Rumminos vocant, et Idioma sermonis satis indicat: ergo plura non addam. Vide Legem in Rubricis No. 551.

§. 52. De Siculis autem duas reperio Sententias. Una est Katzani in Epitome rer. Hung., qui ex Suiha eos deducens scribit: Nativos Siculos Legionem quandam sub Attila militasse, eo tandem mortuo Hunnisq; in partes dispersis, hanc Legionem in eum quem habitant tractum concessisse, commixto deinde Matrimonio, cum finitimis Hunnis, mores, Linguam

vernac.

vernaculam permutasse. Sed omnino Rauzanus Homo italus sine auctoritate loquitur. Altera est eorum qui statuunt Siculos reliquias esse Hunnor ex primo illorum ingressu; pars enim illorum mortuo Athilla in Montosa Frannia loca se recepit, ubi Nomen Székhellyiorum adepti sunt, quod lingua Hungarica locum sedis notat; metuebant enim qd reliquis Hunnis evenit fatum, qui cum Hunnor nomen Potzis victoribus aliisqz Gentibus finitimis infensum nimis intelligerent, a sedibus Székhellyinos se appellabant, plura lege apud Turocium pot. 1. C. 24. Otrokotsi p. 1. C. 16. De Hungaris vide Plutani Dissertation. de incunabulis Gentis Hungg; et imprimis Otrokotsium in Origine Hungr. Hoc tantum addendum, quod Principalis in Frannia dignitas a morte Ludovici 1526 semper penes Hungaros erat. De reliquis Nationibus eorumqz ingressu in Frannia ut: Judaeis, Armenis & Graecis &c. parum certi habemus, minus certi de Zingaris. His ita peractis transimus ad tractationem Historiarum, distribuentes Libri hujus contentum, in tres partes Generales: Historiam Antiquam, Medii Aevi, & Recentiorem.

Illam vocamus, quae rerum gestarum ordinem a primis regionis hujus originibus, ad primam Hunnorum in Europam irruptionem Seculo IV. factam complectitur. Quae pars sequentes habebit Periodos.

1o

1mo A Diluvio ad irruptionem & Subjectionem per Romanos factam.

2o Ab Imperio Rnor ad restaurationem Regni Gotzici.

3o A restauratione Regni Gotzici ad irruptionem Hunnorum.

Periodus 1a.

A diluvio ad irruptionem & subjectionem per &c.

§. 53. A Diluvio ad irruptionem romanorum Periodus haec est annorum 393. Post Ursale illud diluvium a tribus Noachi filiis, disseminatum esse universum genus humanum super omnem terram, nemo nescit. Asiam vero omnium terrarum primo fuisse inhabitatam vel inde patet, quod Montes Gordiaci, quorum pars fuit Ararat in Asia fuerint siti, adeoqz & primum Humanum genus conspexit Asia. Servati enim in Arca Noë homines, hic egressi, hic quoqz conditis Pagis primam societatem iniverant; donec tandem adcrescente multitudine, viribusqz multiplicatis, in ceteras quoqz orbis partes colonias emitterent. Hinc itaqz emigrationes institutae, et per filias Coloniae deductae, aliis versus orientem, aliis versus Occidentem, multis ad Meridiem, nec paucioribus ad Septentrionem tendentibus, ex quorum hominum in varias partes discessione, Gentes & Nationes exortae, denominationes quoqz introductae, ex variis tamen incertisqz causis, plerumqz tamen a ductoribus & antesignanis

cuiusvis

Universitatea Ferdinand I. din Cluj • Biblioteca Universitară ROMÂNIA

cuiusvis familiæ. Vide Bochardum in Geographia Sacra, cuius conjecturæ præ aliis hodie placent Doctis. Notandum tamen, quicquid de Origine Gentium seu Populorum ex Gentis alicujus conditore adferri soleat, nititur tantum conjecturis. Hinc et ea quæ Nos de primis Gramniæ originibus trademus meris conjecturis superstructa esse ultro fatemur.

§. 54. Ex Noachi ergo Posteris, qui post Diluvium Ursale montibus separatis Sylvisq. excisis, primus has terras habitationi adcommodas reddidit, Getæ fuisse putatur, cum certo hominum numero, qui ab eo Gothi dicti sunt, in qua Sententia est Arias Montanus, & Carion in suo Chronico, Getæ in Asiæ partes a Caucasi montibus usq. ad Araxim Armeniæ fluvium tenuerunt primum, dein versus Septemtrionem usque Tanaim se diffunderunt. Massagethæ ibi dicti sunt. Dionisius Halicarnass. testis est in Bibliotheca Histr. l. II. Flaccus l. V. Tibullus in Panegir. ad Messalar. In his ergo partibus aucti Gethæ, mox latius se se extendere, vicinasq. plagas & tractus implere coeperunt, donec in Europam & Danubii ripas excursarent, ibi denique Patrios Deos Sedemq. firmarent; quo vero tempore ipsa migratio contigerit, primo ac secundo post Diluvium seculo, nemo in tanta obscuritate ausus fuerit adfirmare. Curacus equidem in annalibus gentis Silesiacæ l. I. pag. 12, circa initium Monarchiæ Persiacæ post captum a Cyro Cresum accidisse dicit, sed sine testimonio.

§. 55. Occupatis sic partibus inter pontum & Danubii ripas

ripas, ex variis respectibus, varia etiam sortiti sunt Nomina. Nam qui Asiæ partes inhabitarunt, Messagethæ, qui ad fluvium Tyras Tyragethæ, qui ad Tibiscum Tissagethæ nominati sunt. Herodot. l. IV. Plinius libr. l. IV. C. 12. Zamosius in analectis C. IV. Communi vero & generali Nomine Gethæ sunt dicti, v. a Getæ. Gen. 10: 3. (ut Amentinus lib. I. in Annalibus Boicis) a Getha illorum Duce, sive a Magnitudine Crucis, nam Grath, antiquo Gothorum sermone Gigantem notat. Aliis vox Getha Militem notat. Quicquid sit, certum est antiquissimo Herodoto, primos horum Tractuum inhabitatores Gethas fuisse. Ceterum de rebus Gethorum antiquis, nil certi adfirmari potest; constat enim Gothorum Gentem nullum rerum gestarum invenisse Scriptorem, vel quod Litteras ignorarent, vel quod proeliis potius, quam pennis essent intenti. Sed cum Romanis bello essent implicati, illorum Scriptores hostium in virtutes scribere non potuerunt.

§. 56. Sed hæc extra fines Daciæ Nostræ non attendimus, primum quod certo de rebus Gothorum in Europa constat e Darii Histaspis expeditione adversus Scythas. Hoc vero nomine Gethas esse intelligendos, vel exinde patet, quod Darius ponte in Istro extructo, in has oras nostras cum exercitu moverit, Nepos in vita Miltiadis Dromiscetes Rex Getharum, ætate Successor Alexandri regnavit, hunc Lysimachus Traciæ Rex bello adgressus est, sed infelici eventu, vivus enim in Manus

Dromiscetis

Dromiscetis cecidit, qui eum Zoneste acceptum monitumque ne Getas amplius persequeretur, sed amicis uteretur, dimittit Strabo l. VII. Tempore Antigoni Croniale Regis Macedoniae, Getas a Pallis victos, tempore Philippi Regis Macedo, Soboles Getarum Dacos cum Orle Rege suo x Boerebista, male pugnasse adversus Bastornos tradit. Justinus L. 25. C. 1. Post haec tempora Getae signa Persei Macedonum Regis, contra Romanos secuti sunt l. c. id quod Romanos, contra Getas animavit, Luculus ideo, postquam Graces domuisset, superato Danubio Getas aggressus est primusque illis arma Romanorum ostendit. Cum ergo Luculus memorata expeditione, crudelissime in terris Getharum sevisset, sequenti tempore haereditarium quasi odium, inter Dacos Romanosque intercessit, donec Rex Getarum Cotiso suas instrueret legiones, variisque in Graciam jam Romanorum Provinciam excursionibus Luculli, saevitiem ferro & flamma ulcisceretur, quo nuncio accepto Julius Caesar 17. Legionibus Getas adgredi volebat. Svetonius.

§. 57. Inclarescebat exinde fama Nominis Getici, Cotisonis virtute, adeo quidem ut, Octavius non dubitaret desponsam filiam illi suam. Sveton. in Aug. sed hoc institutum a necessitate perfectum, ut successu caruit, ita capitale odium concitavit. Nam promissis Rnor. illectus, arma quidem ponebat Cotiso, Legatosque suos Romam pro sponsa adducenda misit;

ast

ast cum repulsam ferrent, Rex Antonii partes amplectebatur, belloque Romanos adgrediebatur, geluque concreto Danubio romanas Provincias depopulabatur. Flor. L. XV. Dezino varias Clades romanis inflixit, tantumque terrorem injecit, ut jam perditam Romam multi putarent. Eo respicere putatur Horat. Car. Lib. III. Od. 6. et revera in eo erat Cotiso, ut Italiam peteret, nisi Lentulus victoriae cursum impediisset, eumque ultra ripas Danubii repulisset. Gaudium inde exortum inter Romanos testantur Sacrificationes et epula instituta, Horat. C. L. III. Od. 8.

§. 58. Cotisoni demortuo quis successit incognitum: illud tamen constat Successores ejus infestasse romanorum fines. Tacitus L. III. C. 24. Sub Domitiano tandem victi caesique Daci circa annum Christi 89. Svetonius in Domitiano. Sublato tandem Domiciano, de Libertate consultabant Romani. Cum vero nervae senectus, Dacorum potentiae par esse non posset, duravit Conventio illa tributaria, usque ad Trajanum, cui fortuna favit, ut Decebalum victum ad pacem compelleret petendam. Annus erat Christi 101. quo Trajanus cum valida manu contra Dacos proficisceretur, Nomini Romanorum indecori existimans auro pacem & libertatem emere, igitur Dacos bello adoritur, eosque difficili praelio superat, et cruenta victoria, tantus enim Romanorum numerus vulneratus erat, ut cum fasciae ad alliganda vulnera deessent, optimus Imperator vestes suas scindere, et sauciatis distribuere iussit. Decebalus igitur necessitati cedens, pacem petit, eamque his conditionibus obtinet, ut arma poneret,

Rnos.

Romanos transfugas redderet, Machinas bellicas, earumq artifices traderet. &c. Postquam vero S. P. Q. R. triumphum Trajano cum cognomine Dacici decerneret, id ad aures Decebali pervenit, statim is defecit, arma comparat, bellum instaurat, et Nationes vicinas, ad defectionem sollicitat. Imperat igitur Trajanus anno 103. validissimo exercitu denuo Dacos adoritur, fortunaq secunda vincit, regnum occupat, Thesauros etiam flumine quodam reconditos detegi curat, quo facto Decebalus sibi ipsi mortem infert, ne in manus Iostium incideret, in quo triumpho duceretur. Atque sic intra quinquennium Dacia domita, inque Romanam redacta fuit. Ne vero post tantas caedes cultoribus careret ex omnibus romani Imperii Provinciis Imperator Trajanus colonias inducebat, et a totali ruina conservabat! Qualiter vero facies de hinc Daciae mutata fuerit, in sequentibus patebit. Primum fuit, quod Regia Decebali, hactenus Sarmagethuza Ulpior Trajanae Augustae nomen indueret. Taceo stupenda & magnifica opera, quibus romani omnem Daciam illustrem & splendidam fecerat, palatia, Basilicas, Templa, Statuas, quibus qui caret adeat Zamosium in analectis. Superstites tandem Daci, qui hactenus suis vivebant Legibus, nunc Leges & instituta Romana tenere tenentur, ut fieri solet in Provinciis subactis.

§. 59.

§. 59. Atque sic omnis Dacia iuris romani facta, in tres Regiones divisa fuit a romanis, ut eo melius administrare possent, ut supra dictum in Geogr. In singulis Praesides summam rerum tenebant. Alpestri quidem praeerat praeconsul, cui suberat Dux Daciae ripensis, et Consularis Mediterraneae, qui singuli subordinati sunt Praefecto, Praetorio Illiriae Orientalis. In hoc rerum statu Dacia sub XXIV. Imperatoribus Romanis, servitio gravissimo praessa fuit, a Trajano, scil. ad Aurelianum usq, quo rerum summam tenente, Daci Nostri in pristinam se redegerunt Libertatem, ut infra dicetur.

Periodus 2.

De Statu Daciae sub Romanis ad restaurationem Regni Gothici.

Trajano Daciae Domitore mortuo, successit Aelius Adrianus anno 117. qui tot Populis rebellibus resistere non valens, reliquit Provincias trans Eufrateas, quas Trajanus Romanas fecerat. Hadrianus Successorem reliquit filium adoptivum Antonium, qui ob Clementiam & morum integritatem Pius cognominatus est. Hoc imperante an. 137. Daci & Alani rebellant, quos per Legatos suos Imperator repressit. Iul: Capitol. in Antonio. Caracallae tempore rursus rebellant, sed superati sunt. Circa Medium autem Secul. III. Philippo Imperante feliz fuit Dacia: cum tamen Caspii aliiq Barbari Daciam

populi

populari coepissent, Dacia immunis & libera fuit a Philippo provinciata, privilegiisque donata, ut Barbarorum incursionibus fortiter resisterent, qua libertate Daci per aliquot annos usi sunt.

§. 60. Philippo successit Decius 251. quo regnante Gothos ex Septemtrione primum in Tas Oras irrupisse, sunt qui tradunt; sed sine fundamento, ut supra demonstratum est. Illud certum est, Gothos regnante adhuc Philippo, collata ipsis libertate abusos fuisse. Tempus igitur rati ex servitute se se vindicant, pulsisque loco romanorum Praesidiis, in Mesiam Traciamque irrumpunt, coactisque multis Millibus suorum Duce Cuina, romanas Provincias adoriuntur, sed Decio superveniente, ad angustias rediguntur; sed vertit faciem fortuna, Decius enim a suis circumventus, et proditione in loca incommoda tractus, vincitur egregie. Imperator quidem ne vivus in Hostium manus veniret, voragium paludis insiluit; filius vero fortiter dimicans prima acie interficitur. Haec contingebant anno 250. Vide Lat. Cassiodorum in Decio, Bonfinium pag. 25. Audaces hac victoria Daci facti, regnum suum denuo confirmant, & nemine resistente Galienum Valeriani successorem eo adigunt 260, ut foedus cum Gothis confirmare, magnaque Nominis romani ignominia annuum Tributum pendere necessum haberet.

Eutr.

Eutropius L. IX. Hinc magis insolentiores redditi, contemptu Imperii tributarii e Dacia circa A. 262. in Traciam circumjacentes Provincias romanas, immo in Asiam usque irrumpunt, Efesusque capta Diannae Templum incendunt, istasque excursiones ultra decennium per Asiam et Macedoniam, vicinosque tractus continuant, ac tandem Praeda onusti, ad suos se recipiunt. Pollio in Galieno pag. 464. Verum Claudius Imperator ab anno 267. insolentiores factos A. 269. in Mesia fortiter adoriens victis binis Praeliis Daciam recuperat, ut fere nullus Romanus esset, qui Gothum servum non haberet. Pollio, Cassiodorus, Eutropius. Nec tamen hac Clade vix et annus demebatur Gothis, quin 270, rursus Arma caperent, ipsamque Italiam adgrederentur. Cum enim Romanorum Imperium Seditionibus fatigaretur, Gothi quoque tempus rati, animum denuo sumunt, Moesiam Traciamque & Iliricum depopulantes rege quidem Antonio; sed victos esse ad Danubium ab Aureliano ao 270. testantur Victor & Vopiscus in vita illius. Posteaquam vero in peius omnia apud Romanos ruerent, Aurelianus autem desperaret, Daciam sub Imperio amplius detineri posse, sublato exercitu, deductisque Romanis, Daciam Gothis reliquit. Cumque Romanos suos cis Danubium in Mesiam collocaret, hunc tractum deinceps vocavit Daciam Aurelianam.

Fact.

factum hoc circa annum 274. Eutropius L. IX.

NB. Remansisse tamen in Dacia ex deductis illuc Romanorum Coloniis, intra Daciæ fines haud paucos, vel inferioris sortis homines, vel qui dulcedine Soli allecti inter Dacos ultro remanserunt, ex quibus modernorum Valachorum, Moldavorumque gens originem atque Natales deducit.

Periodus 3.

A restauratione Regni Gotzici, ad irruptionem Hunnorum a 274, 370.

§. 61. Denudato limine Dacico, per Aurelianum Gothi liberi facti, donec Hunni Secul. IV. ex Asia erumpentes Gothos sibi subjecerunt. Quæ vero hac periodo fuerit facies Dacorum, an Reges habuerint, vel vero penes Duces tantum Summa rerum fuerit certo non constat. Illud certum est, Gothos non ita immobiles quievisse, quin subinde Latrocinantes globi (: ut Marcellus Loquitur L. 31. :) vicinos Tractus acriter incursarent, sed semper cum sui detrimento. Vide Vopiscum in Procopio circa anm 288. Diocleciano in Pannonia, Burgundiones a Gothis pulsi, ad internetionem deleti fere sunt. Amurianus in Diocletiano. Eutropius itidem in Diocletiano.

§. 62. Circa am 233. Imperatr mores gentis advertens, renovat foedere, amicitiam Gothorum colit, ea lege, ut Gothi 40000 millibus contra Persas Romanis

auxilio

auxilio essent. Eutropius L. X. Jornand C. 18. Rebus sic feliciter apud Gothos gestis, bella Civilia exorta sunt, quæ eo magis perniciosa fuerê, quod Hunnis occasio fuerit irruendi in regnum Gothorum, quos post aliquot annorum decursum vincunt, sibique subigunt.

Pars II.

De Historia medii ævi, quæ res enarrabit ab Hunnorum ingressu in Daciam, usque ad separationem eius a regno Hungariæ factam: 370 — 1526.

Periodus 1.

Ab irruptione Hunnorum, usque ad restaurationem regni Gothorum à 370 — 454.

§. 63. Imperitabat circa Am 370 Hermanuricus in Gothos, qui hac ætate a plagis, quas inhabitabant in Ostrogothos & Vestgothos distinguebant. i quod illi Orientales, hi Occidentales partes tenerent. Hoc itaque rege primus Hunnorum motus ex Asia versus Europam contigit, quam irruptionem Gothi sustinere non potuerunt, ob internas illas dissensiones, quibus illo tempore Hermanricho rege Lethali vulnere confosso in Partes scindebantur, dum Athanaricus in Ostrogothis, Fridigerus in Vestogothis de rerum Summa certarent, caedibusque alternatim sese iugularent. Factum hoc circa annum 369. quo tempore Athanaricus adhuc gentilis, multos jam Xstianos inter Gothos existentes persecutus est.

vide

Vide Dissertaonem Nram. Dum itaque Ostrogothi ab Hunnis vincuntur, etiam confoederati illorum fiunt. Vestgothi emigrandum ee sibi decernunt, quo instituto Duce Fridigaro Legatos ad Valentem Imperatorem mittunt pro impetrandis Sedibus trans Istrum in Maesia Traciaqz, sub conditione obsequii, imo & suscipiendae religionis Romanae. Valens accipit conditiones, anno 375. Vestgothi relictis antiquis Sedibus, Istroqz trajecto in Traciam Maesiamqz migrant, ibique fortunarum suarum Sedes Locant. Vide Ammianum L. 31. Recepti hac ratione in Tracia Vestgothi, non diu usi sunt quiete; cum Praefecti Provinciarum Lupicinus & Maximus novos hos Colonos pmerent, occasio fuit Gothis, ut arma sumerent, Praefectosqz trucidarent; quae cum ad aures Imperatoris venissent, habito consilio, Gothos rebelles valida manu adoritur. Licet adversa fortuna; commisso enim proelio, in fugam cum suis vertitur Imperator, et saucius Sagitta, in vico quodam, hostibus prosequentibus in casula igne praematus periit Ao 378. ut Ammianus L. 31. Losinius L. IV. Victor in Valente. Valenti successit Gratianus, qui cum bello Gothico urgeretur ano 379. Theodosium consortem Imperii sibi Legit, qui Gothos in gratiam recepit. Cum vero Ao 380, rursus hostiliter incursarent, Theodosius Gothorum Liberos, quos obsides habebant uno die omnes trucidari jubet. Zamosius L. C. Dum haec fiunt inter regem Athanarium et suos Gothos dissidium oritur, quo factum ut Rex a suis pulsus ~~Caudinopolim~~ Constantinopolim se reciperet, ubi anno 381. mortuus e

mortuus est, Successorem, relinquens Alaricum. Isodorus in Chronico. Dehinc ano 395. cum abiisset. Arcadii Tutor Ruffinus Alaricum evocat, qui Macedonia depopulata Italiam intrat, Romamqz successive occupat. Claud. in Ruffinum.

§. 64. Dum haec inter Vestgothos fiunt, Ostgothi ab Hunnis victi sunt, quibus ipsi Hunni non tam subditis, quam amicis usi sunt & confoederatis. Viritorius enim cum Successoribus regibus Ostrogothorum semper insignia regia tenuerunt. Jornandes & Bonfinius. At vero non diu in hoc statu manserunt, Viritarius enim antecessorum suorum virtutes imitatus, Hunnorumqz Imperium molestē ferens, primus fuit, qui se ab aliis subducere annisus est, sed sine successu. Belamber enim Hunnorum Dux Viritorii exercitum armis adgressum post tria cruenta proelia vincit, Gothosqz ad Officia reducit. Pressa itaqz Ostrogothorum alacritate Hunnis, si Victoribus obsequium pstare coacti sunt, atqz ita cum ipsis juncti has terras incoluerunt. Quod si vero de illorum statu, subsequentium temporum quaeras, responsionem dant Scriptores non infimae notae. Ostgotho, Atillae, qui circa 440. inter Hunnos caput erexit, expeditionibus se tanquam socium adjecit, vel praedae lucrandi gratia, vel obsequii Legibus obstricti. Paul. Diaconus L. XII. Bonfinius Gr. 37. post mortem Atillae Ao 454. Otrolotsius part. I. C. III. §. 19. Dum gravissimae inter Hunnos

&

& præsertim inter filios Attilæ exorirentur discordiæ, Ostrogothi jugo Hunnorum facilem sui, occasione utebantur, armisq; impetu in Libertatem se pro q̄ redigebant, ut sequenti Periodo commemorabimus.

Periodus 2.

A restauratione Regni Gothici, ad secundam Hunnorum irruptionem: 454 — 550.

§. 65. Defuncto ut prædiximus Attila, Gothi ad ingenium redibant, et viribus redintegratis occasione utebantur. Auspicabatur igitur egregium facinus Ardaricus primiq; et subjugatis Nationibus jugum excutiebant. Florebant hoc tempore cumprimis Gepidæ in Sarmatia penes Vistulam habitantes, qui conjunctis viribus cum Gothis, Hunnos adorirentur, eosq; in Asiam se recipere cogunt. Sigebertus ad a. 455: manserunt tamen quidam Hunnorum reliquiæ in montosis Daciæ locis, qui instar Subditorum sub Gepidis & Gothis haserunt, Nominesq; Szekelly incorum posteritati imposuerunt, ut jam supra notum est.

§. 66. Hunnis hoc modo fugatis, Gepidæ Gothis mixti magnam Daciæ partem tenuerunt. Jornandes d. l. Gothi vero ex promissione Romanorum Pannoniam occuparunt, quam per plusculos annos sub Regibus Athanarico, Valamiro & Theodorico possederunt, pacis fœdere cum Martino Leone & Zenone Imperatoribus Constantinopolin

Constantinopolin coluere. Jornandes c. 52. Bonfinius Lib. VII. pag. 76. Nec tamen hi quiete se gesserunt; anno enim 483. Thraciam irruunt, et Illyricum vastant. Leo III. igitur Imperator annua munera illis misit, et a Theodemire rege impetrat, ut is filium Theodericum obsidis loco Constantinopolim mitteret. Cluverius ad Tunecam. Bello sic occupatis Gothis, Hunni occasione utendum vati, ex Scythia denuo Daciam irrumpunt, sed adversa fortuna; Gothi enim illos non tantum fundunt fugantq;e, sed & qui evaserant sibi subjiciunt. Factum est hoc Anno 496. quo proelio Attilæ filius Dengizich perisse dicitur, cujus caput Constantinopolim missum est. v. fuit. Ammianes Jornandes, Bonfinius pag. 76. repulsi tandem Hunnis, bellum inter Gothos et Suevos: quibus finibus hodierna Germaniæ & Hungariæ habitabant: exoritur. Hunnimundus enim Suevorum Rex, dum ad populandam Dalmatiam excurreret, Gothorumq; armenta abigeret, Gothi rem aegre ferentes, Suevos Danubio congelato cum præda redeuntes adoriuntur, commissoq; proelio victores abeunt, factumq; est ut, pars Suevorum in Ticinensem Gothorum se se daret. Cassiodor. l. III. Epist. 41. nec tamen Suevi quiete agere possunt, quin acceptis in societatem Rugis, Heruliq; Gothorum hostem amicis, aliisq; confinibus in Pannoniam populis, Gothos bello peterent, in quo tamen bi superstites reperti fuere repulsis quippe Suevis, eorumq; confœderatis ad propria. Jornand. & Bonfinius.

§. 67. Tandem Gothi Rege Theodorico, comitante Zenone Imperatore

Imperatore A. 489. Italiam versus movent, non vero universo populo sed vulgo Scyronis apud Caluisium: sed magna tamen eorum multitudine, qui tandem successive Italiam sibi subiecerunt. Quo tempore Sepidæ muneribus Odoacri Regis Rugi conducti Lyhos invadunt, sed repulsi sunt. Victi Auctores apud Cruceium in B. O. Hæ vero dum apud Lyhos in Italia constituerent sunt, Sepidæ Daciam quiete possidebant, usq; dum Longobardi rege Alboino illas partes occuparent. A. 570. quas Ostrogothi Italiam petentes reliquerant. Longobardis igitur ingentes discordiæ ortæ, quæ belli causa extitere, in quo bello Sepidæ inferiores reperti, regem & regnum amiserunt perpetuum, adeoq; Sepidos utriq; bello petitos fuderunt, eorumq; Provinciam ita diminuerunt, ut ex illo tempore ultro non habuerint regem, per varios tractus dispersi. Ex quo post Longobardorum in Italiam successum Hunnorum subjecti facti sunt Imperio. Menandr in excerptis Legationib. pg. 120.

Periodus 3.

A Secundo Hunnorum ingressu, ad vertium ab anno 550 ——— 888.

§. 68.

§. 68. Dicturi de secundo Hunnor ingressu multa se offerunt diversa. Turocius, Bonfinius referunt ad 744. Nodanus vero in Floro Hungr. & Otrokorsius in Orig. pp. l. 6. 3. hunc Bonfinii secundum ingressum habent pro tertio, inde ortæ est difficultas, quod Hunni secundo ingressu Avares appellarent, eo quod Hunnorum nomen odiosum esse scirent, inde rectius Pseudabares dici censet. Simocata Hist. l. VII. C. 8. Nos cum doctissimo Otrokorsio, secundi Hunnorum in Daciam ingressus initium ponimus circa annum 550.

§. 69. Dum igitur Pannonia post Longobardorum in Italiam abitum, ab Hunnis Avaribus inhabitabatur, adversusq; Romanorum insultus defendebatur. Sepidæ sub Hunnorum iugo, jam a longo delitescentes, plebas agrosque colere inceperunt, cunctisq; sub Hunnis habitarunt, manente tamen patriæ nomine Sepidia dicto. Testem in hanc rem adduco Jornandem, qui circa annum 526. vixit, suoq; tempore Daciam antiquam Sepidiam dictam fuisse scribit. cap. 22.

§. 70. Hunni interea dum Pannoniam tenent, Romanis fructa omnia tentantibus, sub Imperatoribus Sec. VI. VII. quiete sese continuerunt, usq; ad tempora Caroli Magni a: 783. Otrokorsius part. I. S. S. 30. Hoc vero anno citato incepterat eos Cyrus, atq; spes pepulit.

Cum igitur se in fines Germaniæ effunderent factum inde est: ut incuria illata Carolus M. suscitaretur, susceptoque in eos gravi bello, ita Hunni Avarar vires attereret, ut majorem partem ferro excinderet. Otrokorsius lib. citt. Deletis sic per Carolum M. Hunnis qui supererant, sine Rege & Republica delituerunt; donec nova ex Asia facta irruptione, vim restaurarent, Pannoniamque sibi subjicerent, qua de re sequenti Periodo dicemus, quid vero reliquiæ Hunnorum Duc usque egerint, non est memoriæ proditum; credendum tamen est eas quiete se continuisse.

Periodus 4.

A tertio Hunnorum ingressu in Pannoniam, ad initium regni Hungaror. in Pannonia, ab Anno 888. ad 1001.

§. 71. Occasionem tertii hujus ingressus Hunnis /: Hungari ab exteris Magari domestica lingua apellati sunt :/ præbuit imitatio partim illorum, qui ex Hunnis seu Avaribus in Pannonia delitescebant, partim in Imperium Arnulphi in Occidente, Leonis in Oriente, quorum ille contra Moravorum Regem Svenboldum, hic contra Bulgarorum Subsidiis indigebat. Hunni igitur occasionem libenter arripientes, utrique suppetias ferunt, spe freti fore ex suis fratribus in Pannonia

&

& Dacia haerentibus succurrere, suasque Provincias denuo recuperare posse. Nec spem fefellit successus; nullo enim resistente Daciam intrabant, quibus cum Sékhellyi & aliæ ex prioribus ingressibus Hunnor reliquiæ superstites, passimque dispersæ se se jungunt, adeoque post aliquot annos, omnem Daciam Pannoniamque subigunt, imo successu temporum variis irruptionibus Germaniam invadunt, eamque tempore Ludovici Infantis sibi tributarium reddunt, denique in Galliam Italiamque incurrunt. Vid. Scriptores rerum Germanor & Hung. Atque hanc ferociam continuant, donec occasionem nacti sacris Xstianorum se se addicerent, quo facto aliam plane faciem res Hunnorum induerat. Suscepta enim religione Xstiana, formam quoque regiminis mutarunt, Stephano anno 1001. ex dignitate Ducali ad regium fastigium evecto. Vid. Scriptores rerum Hungr. Interea reliquiæ Pepidarum seu Potzorum, servitutis iugo pressi, in tenebris quasi latuerunt, una cum romanorum reliquiis, /: quas Valachos nra ætas vocat :/ quibus inter alia id etiam accidit, ut mutato illorum antiquo statu, nomina antiquaque mutarentur. Daci enim ab Hungaris Szászok, romanor reliquiæ Oláhok dictæ fuerunt; licet illi seipsas Sazones, hi Romanos adpellarint, ut jam supra dictum.

Periodus 5am

Periodus 5.
De Statu Transilvaniæ sub Regibus Hungr.
ab anno 1001. ad a. 1526.

§. 72. Stephanus Geyzæ Ducis filius primus, & Rex Xstianus factus, vid. Dissertationem Nostram conferri etiam potest Præfidii Tabula Regum hungarorum, ubi versibus Mnemonicis nomina omnium Regum hungarorum pronuntiantur. Nos etiam sequentibus ad seriem regum hungarorum disponemus ea quæ Transilvaniam spectant.

A Stephano I. ad Ludovicum II. Transilvania fuit incorporata Hungariæ, & per Vajvodas à Regis latere venientes administrata, ita de re Libr. IV. agemus. Superstite adhuc Stephano Transilvania præerat Gyula Stephani regis adhuc cultui, qui regem suæ Xstianæ initiatum iniquo animo ferebat, quare non verbis tantum regem acerrime corripiebat, verum armis quoque lacessare nitebatur. Ubi vero verbis nihil se proficere intelligebat, Hungaros quotidianis incursionibus infestabat. Rex contra Stephanus per Legatos a feritate, cum Gyulam frustra hortaretur, contracto exercitu in Transilvaniam contendit, brevique ortum subjugat, Gyulam cum Uxore & Liberis in Pannoniam deducit captum, hoc tempore tandem Transilvania Hungariæ adjuncta: circa annum 1003. Devicto ipso Gyula, Stephanus Rex fecit Transilvaniæ Provincialem. Vid. Turocium & Bonfinium Sec. I. l. 1. pag. 119.

Circa

Circa annum 1004. Bulgari in Pannoniam & Daciam irruunt, quos Stephanus Rex subigat. Bonfi. Lib. cit. Idem circa annum 1021 Messi quoque Macha Populi tentant, sed Transilvani periculo admoniti in tutiora se recipiunt loca, atque sic Barbarorum manus potiori ex parte evadunt. Bonf. l. cit. Cf. Szirmay in Synopsi Chronolog. ad hunc annum.

§. 73. Sub regibus sequentibus, usque ad S. Ladislaum nihil fabulæ dicere, propter silentium apud Historicos de rebus Transilvanicis silentium, donec Salomo Rex discordiis civilibus ejectus cum suis Vasallis partes sui Pontificis, aut ut Rena dicit Sarmatiam incolentes, in auxilium vocat, qui Duce Kurese anno 1085. Transilvaniam invadunt, quos Ladislaus Rex ad fluvium Kömö inventos, ad unum omnes cædit, qui pauci cladem interpresent. Turocius l. cit. Post hæc tempora usque ad Geyzam II. qui ab Anno 1141. ad an. 1161. regnavit, nihil adscriptum reperimus. Teutones tamen sub hoc Rege ex Germania in Daciam excitos fuisse supra cognovimus. Unde fit illud extra controversiam est a Medio Secul. XII. ad Sec. XIII. præcipua Saxonicas Urbes esse condita, quæ tempora incidunt in expeditionem Cruciatam, cui & Rex Andreas II. interfuit. Is cum anno 1217 ingenti manu in Palestinam profectus esset, Teutonumque res in Transilvania ab Hungaris turbatæ essent, redux anno 1224. singulare ipsis impertitus est privilegium, quod jam supra retigimus. Andreæ filius Bela IV. excepit, quo regnante 1241. Tartari Hungariam & Transilvaniam

primo

primo invadunt, et omnia vastant, ut testantur annales in Templi Coronensis pariete adscripti 1230. Denuo per Poloniam & Silesiam Hungari irruunt, eduxerat quidem Bela suum exercitum, sed victus est et fugatus, in quo proelio universa fere militia Hungarorum periit. Atque sic Tartari Hungariam tribus, Trannniam septem annis tenuerunt, ac tandem devastatis singulis, per Moldaviam Tartariæ fines repetierunt. Rogerius in Epto super destructione regni Hungariæ.

§. 74. Sub initium Secul. XIV. regnavit Otto Bavarus, qui cum anno 1307. inconsideranter provincias regni peragraret, et se regem subditis ostentaret, a Ladislao Vajvoda, Caroli regis partibus favente, cum Trannniam ingressus esset, captus et in arcem inclusus est; nec prius vinculis liberatus fuit quam regiæ dignitati renunciasset, Dubravius Hist. Bohemicæ l. 29. Ottum itaque secutus est Aō 1310 Carolus Neapolitanus, cujus tempore Tartari Hungariam denuo vastarunt, ut volunt annales in Calendarijs nostris. Carolo succedit filius Ludovicus I. ab Aō 1342. – – 1383. cujus regiminis initium turbarunt Transilvani, præsertim Saxones, qui audita Caroli morte, consuetum regni censum denegarunt; in hos igitur expeditionem suscepit Ludovicus, eosque quos matura corripuit poenitentia

benignius

benignius tractavit, reliquos vi & ferro ad officium redire coëgit. Turocius prt. III. C. 2. Aō 1345. Tartari per Siculiam intrantes, gravissime Trannniam infestant, quibus rex Andream Latzko Vajvodam cum Siculis objecit, qui non tantum e finibus Tartaros exigunt; sed et Tartarium usque repellunt. Turocius L. C. Anno 1358, Valachorum Vajvoda a Ludovico deficit, quem duplici exercitu fundit fugatque, utque Valachis devictis tutius imperare posset, Severinum Oppidum ad Istri ripas vetustate collapsum restaurat, novumque in finibus Barciæ Castellum (: quod nostra ætas Fürtzburg appellat :) erigit, et utrique præsidium imponit. Turocius Lib. citt. Cap. 37. Bonf. pag. 57.

§. 75. Sigismundo imperante Aō 1397. Valachia, Moldavia & Trannia, Duce Stephano Vajvoda Trannni tumultuantur, qui Turcas contra Xstianos excitavit, viamque in Hungariam primus ostendit, quo tandem maleferiato Turcæ illecti aō 1408, Serviam, Valachiam, partemque Slavoniæ occupant. Aō 1421. Amurates II. terram Barciensem igne & ferro vastat, Senatum Coronensem abducit, reliquo populo in arce reservato. Turocius Lib. citt. Quibus excitatus Rex Sigismundus, Stephanum de Losontz cum exercitu in Trannniam a. 1430. mittit, ut Vajvodæ Mich. dicto auxilium petenti succurreret, quod & factum, adverso tamen successu. Losontzius enim cum toto exercitu fusus & fugatus est. Vid. Turocium, & annales Templi Coronensis.

Hac

Hac victoria Turcæ elati Ao 1431 denuo in Barciam incurrunt, eamq̃ vastant. His A. 1437. accessere interim Rusticorum tumultus in Hungaria pariter ac Transilvania. Hic enim Antonius quidam, coacta ingenti rusticorum Manu, a fide regia deficit, inq̃ eos, qui rebellionem retrectant castra movet. Nobiles præterit, et quid præterea non egit. usq̃ dum Provinciarum Præfecti nefario globo occurrerent, proeliisq̃ profligatos oculis auribusq̃, labiis manibusq̃ percisis mulctarent. Bonf. pg. 888. & Inscriptiones Coronenses.

§. 76. Alberto rege A. 1439. cito defuncto successit Vladislaus Polonus, a quo 1440. Joannes Corvinus Banus Sirmiensis Trann̄iæ Vajvoda constituitur. Turoc. par. 3. C. 30. Anno eodem Amurates, post solutam Bellagradi obsidionem, amissis 10000 in reditu, jubet Mecbet Bassam in Trann̄iam facere irruptionem, Sic itaq̃ Sabesum dirigit, ingentemq̃ Zominum multitudinem per Barciam abducit. Johannes Corvinus movit contra illos, et in quodam nico improvisos adorsus fudit fugavitq̃, ipso in Mecbeto in fuga truncato. Hac itaq̃ victoria Moldavia & Trann̄ia ad pristinum Regis Hungariæ obsequium redierunt. Ortesius pg. 19. Ao 1441. Non solum Valachi & Moldavi rursus deficiunt; verum etiam Turcæ illatas a Corvino Clades vindicare student. Loco Mecbeti misso Aly Bassa cum Lectissimo peditatu, sed viz ad fines Transilvaniæ

ad

ad Vaskapu pervenerunt, dum Johannes Corvinus denuo illos adoriretur, funderet fugaretq̃ eos. Turocius l. cit. Qua Clade Turcis illata, utriusq̃ Valachiæ populi confirmarentur. Tantis igitur cladibus acceptis, Amurates per Legatos pacem ultro ab Vladislao petit, eamq̃ ad annos 10. adipiscitur. Cum vero Rex Pontificis Legati Cardinalis Juliani insanis Consiliis instigatus pacis foedera rescinderet, insecuta est luctuosissima clades, ad Varnam A. 1444. 11a Novembris, et cum eâ, Hungariæ et Provinciarum incorporatarum novæ vastationes. Philip. Callimachus ad Cladem Varnensem.

§. 77. Vladislao occiso successit Ladislaus Alberti regis filius posthumus quinquennis ab anno 1445 ad 1457. regnans. Johanne Corvino interim regni Gubernatore constituto, cui in dignitate Vajvodali surrogatus est Nicolaus Ujlaki, tandem rege 1452. minorennitatis intervallo excedente Johannes officio Gubernatoris cedit, et propter insignia merita Districtum Districiensem, cum titulo Comitatus accipit, qua de re jam supra dictum. Circa am̄ 1460. rebus Hungarorum satis turbulentis Vajvoda Transilvaniæ Drakul, Turcis favens, occasionem arripit fines Transilvaniæ hostiliter invadendi, Oppidumq̃ ante Silvanum Omlasfesto S. Bartholomæi diripit, Junc A. 1462. a Turcis ejectum, Matthias Rex exercitu in Trann̄iam tendens capit, captumq̃ trucidari jubet. Bonf. pg. 255. His temporibus, cum ex usu belli Trann̄is tributa instituta imponerentur, non tam onus, quam insolentia animos Provincialium ad rebellionem irritavit.

Ao

Añ 1486. cujus novitatis auctor fuit Benedictus Ulbers. Hoc igitur Duce Trami Johannem Comitem de Szyrgy D. t. Vajvodam, licet initum regem sibi eligunt ab Imperio Matthiæ Regis penitus deficientes, quo nuncio accepto Rex in Transilvaniam movet, viz autem illic advenerat, cum Johannes cum Universis Provinciæ Judicibus occurrit, veniamq; a rege petit, et accipit; quo facto Rex cum Johanne primò Claudiopolim, dein Tordam venit, et in conventu publico, de perfidia non solum poenas sumsit, sed et fumit. Ruso interea supplicium elapso in Poloniam. Turcicus C. C. interea et Moldavia rebellaverat auctore Stephano Vajvoda: pacata igitur Transilvania, Mathias in Moldavos movet, pluresq; alias acerrimas pugnas subjungit, quod ipse quoq; Rex ultima sagitta vulneratus est. Eso ad interitum Hoste in Transilvaniam rediit, servatis Natalitiæ Pranvesiæ celebrans, ibiq; paulo prosp in Crimini Majestatis reos severius animadvertit, in cujus gentia recordationem, Regis insignia in Templo majori ibidem adfixa tenentur. Bonfin.

Añ 1476.

Dum rex Bude nuptias celebrat, quibus Proceres Hungariæ et Transilvaniæ intererant. Turcæ Istrum adhuc Danubio glacie, rursus Daciam invadunt, eamq; depopulantes reversi sunt, raptis secum plusquam 30000 Dominum. Bonfinius pg. 485. Has incursiones continuarunt Turcæ, Mathia

Rege

Rege interea Bello Bohemico implicato ad Añm 1479. gri fatalis admodum fuit Xtiani nominis Scythis. Ibi enim dum exercitu 60000 cum Transilvaniam terream invasisset Transilvaniam, Stephanus egridem Bathori Vajvoda incursum Turcarum audacter excipit, sed vulneribus acceptis, Duce suo Trami in fugam se dedere, ut actum de Provincia fuisset ni Paulus Kinisius, Temesvariensis Præfectus advolasset, eo successu, ut Hostes post cruentum proelium in campo Kenyer Mezö non procul a Sabesy fl. se recipere cogerentur, amissis suis 30000, Xtianis vero 8000 Sepiderat. Añ 1480 Pestis ingens per totam Bareiam congressata, qua omnes fere incolæ, qui superioribus annis superstites manserunt perierunt.

§. 78. Subsequentibus annis, ad A. 1490. Mathiæ emortualem nihil memorabile in Transilvania gestum Legimus. Demortuo a Mathia, sine Legna prole cum Hungari a gravior regni competitoribus turbarentur. Transilvania, usq; ad A. 1490. Halcyona egit, qua occasione Turcæ uti volentes, Transilvaniam invadunt sub finem Januarij, quos cum Petra sub 5 Reg coacta revertentes, Præfecti Transilv Vladislaus de Losonz & Barthol. Drahfi tumultuaria manu prope

rubram

rubram Turrim adorsi, a vertice Montis fugatos, in Alutam præcipitant. Bonfinius. Post hæc Trannia intestinis Seditionibus agitabatur, duo ut prædiximus tunc ibi jus dicebant, Vladislaus Losontzi & Drakfi. qui ut diverso interse erant ingenio, sic etiam diversam in jure dicendo secuti rationem, non solum veteres factiones aluerunt; sed novas etiam excitarunt. Unde foeda rerum in Trannia facies, Vladislao interea in regem Hungariæ evecto. Rex igitur Varadino relicto invenit, et consilio habito Losontzium ad Magistri honorem evehit. Drakfio autem Præfecturam Trannniæ confirmavit, qui ab auctoribus rebellionis meritas accipit poenas. Rex vero placata Provincia, collectisque Tributis in Hungariam revertitur. Bonfinius pg. 528. Aō sequenti 1495. non solum in partibus Hungariæ, sed in Tractu etiam Barciensi ingens Pestis grassatur, Annales Coronenses. Sequentibus 10. annis nihil annotatu memorabile reperi, ad annum 5. Secul. XVI. quo Ludovico in lucem edito regi Ladislao, hanc ob filii Lætitiam turbarunt motus Kékelyiorum, qui sine armis coërceri non poterant. Lex hactenusque usus erat receptus, ut singuli Patrum familias, singulos boves darent, quoties regina masculum peperisset, ast cum delecti ad exigendum hoc tributum mitterentur in Trannniam, Kekelyi negarunt se daturos, cumque in ea abstinatione persisterent,

persisterent, Ministri regis vim attentare, et Pecora ex agris et Stabulis abigere coeperunt, hinc ad arma ventum, qui exactionem pecorum exigebant, urgebant, partim occisi, partim e Provincia exacti sunt. Mittitur itaque Paullus Tomorius cum Exercitu, cui Kekellyiorum globus ad Kékely Vásárhely occurrit, commissoque proelio, Kékhellyiorum numero majores, regium exercitum fundunt. Tomorius vero brevi exercitu reparato Kekhelyios denuo adoritur, magnaque clade illata victos et domitos imperata facere cogit. Istvanfi. pg. 53.

§. 79. Anno 1508. Turcæ Barciam irruunt, sed a Præfecto Tömösvariensis Josa de Zorom, ad fl. Bartza feliciter profligantur. Aō sequenti horrendæ inundationes Barciam devastant. Aō 1510 Mihoc Vajvoda Valachiæ, Cibinii a Demetrio Jaxit crudeliter interficitur. A. 1514. Hungariam advolavit Rni Pontificis Legatus Leonis X. Thomas Bocatius Cardinalis & Archi Episcopus Strigoniensis, qui bellum Papæ per regnum promulgari curavit, cujus vigore incolæ ad bellum Turcicum concitabatur, sub spe indulgentiarum & remissionis peccatorum, qua invitatione tanta plebis multitudo confluit, ut intra mensis spatium 40000. ex partibus Hungariæ & Transilvaniæ concurrerent, qui singuli Cruce signabantur. Hinc exercitui Cardinalis Georgium Dosa ex Kekhelyis oriundum præfecit Ducem: verum ubi Nobilitas rusticis interdiceret, ne militatum irent, Georgius arma adversus Turcas destinata in ipsam nobilitatem

Nobilitatem vertit, multis crudeliter occisis, in viscera Civium saevit; Vladislaus igitur Rex Justibus internis perterritus exercitum comparat, nefariumq; Junc globum primo per Joannem Dornemiszadem per Joannem Zapolja Vajvodam Trāmniae apud Tömösvár adoritur, et post acerrimum proelium fundit fugatq; ipse Georgius & Frater ejus Lucas vivi capti, durissimis excipiuntur Supplicijs. Istvanfi c. 68. sequenti tempore 4. mensium Joc tumultu perierunt 70000. Homines, utriusq; generis, inter quos 400 familiae Nobiles numerantur. Milles ad a. 1515. sequenti 1518. rursus rebellant Kekelyi, sed cruento proelio a Vajvoda ad Oppidum Darótz funduntur, qua occasione Miles Hungarus Saxonum Tractus passim Latrocinijs infestat. Miles in L. cit. Interea temporis Saxones templa sua muris et fortalitijs, quae partim super sunt cingere & firmare pergunt. Miles l. c.

§. 80. Anno 1573. In Trāmnia passim contigisse ingentes Terrae motus, Annales Coronenses testantur. Quae vero circa religionem Joc tempore contigerint repetenda sunt ex Dissertaone nra. A. 1526. Rex Ludovicus Turcis irruentibus obviam iturus ad Mohats periit, qua de re infra. Hinc novas apud Transilvanos rerum conversiones consecutas cum sequenti Sectione ex Instituto disseremus.

Pars

Pars III.

De Historia Recentiore.

NB: 1o Recentiorem Hanc Historiam per compendium duntaxat Juc ob Voluminis latitudinem excerpsi /.

Haec complectitur quicquid a fatali avulsione Principatus Trāmniae a Corona Hungariae, post interitum Ludovici Regis 1526 usq; ad praesentem annum. Duabus absolvitur Sectionibus:

1ma Statum Regionis sub Principibus, ab Aō 1526. ad Annum 1693.

2da Sub Domo Austriaca ab Aō 1693, ad A. 1727. commemorabit.

Sectio 1ma

§. 81. Hic in Limine pernoscimus 1o Nomina & ordinem Principum. 2do Nexum Genealogicum & Stirpes, ex quibus Principes sunt oriundi.

1o Nomina & Ordo ex his versibus cognosci possunt.

Primus erat Magnus Johannes Scepusiensis.
Filius Junc sequitur, patrisquoq; Nomine clarus.
Atque Sigismundi Stephanus tunc excipit istum
Bathori. Tradit Cui post Diadema Polonus.
Christophorus frater Stephani post regna capessit.
Postea Sigismundus habet, felizq; gubernat.
Andreas sequitur, qui consobrinus eidem.

Tum

Tum Stephanus Bozkai, solio dominatur in alto,
Extremus, Sigismundo sua Sceptra reliquit
Rakotzi. Gabriel Batori sine Nomine Princeps.
Excipit hunc Magnus nulli virtute secundus
Inde venit Gabriel Bethlen cognomine Victor
Cujus aeternum volitabit fama per Orbem.
Nec minor Uxori Catharinae gloria splendet.
Post Stephanus Bethlen Frater Gabrielis eadem
Fortuna gaudens, pari mactatur Honore.
Nec Te Georgi taceat mea Musa Rakotzi.
Cum Nato, simili qui Secum Nomine fulget.
Franciscus Rhedei, tum Tris succedit, & isti
Ac Sacius Barkai; regno post hunc potitur
Joannes Kemeny: tandem elevatur in altum
Michaël Apafi Primus, Michaëlis Secundus.

§. 82. De Tabella Genealogica Principum Transilvaniae.

I. Ex Domo de Zapolya.

Stephanus Comes de Zapolya, Palatinus Regni Hungariae, tempore Vladislai regis Anno 1515. Uxor Hedwig, Primislai III. Ducis Tessinensis in Silesia filia. Hinc

Steph.

STEPHANUS.

Joannes Comes de Zapolya, Vaivoda Transilv., Rex Hungariae 1520 -- 1540. Uxor Isabella, Sigismundi I. Regis Poloniae filia 1539, ex Uxore Bona Sforzia, 1560.	Georgius Dorbara, Uxor Sigismundi I. Regis Poloniae, 1512. - - 1515.
Joannes Sigismundus Rex Hungariae, & Princeps Transilvaniae, natus 1540 -. 1571.	Hedwig Uxor, Joachimi II. Electoris Brandeburg. † 1573.

II. Ex Domo Batoreorum de Somlyo.

Stephanus Batori de Somlyo, periit in Clade Varnensi anno 1444.

Emericus, Quaestor Regni sub Matthia rege	Andreas, Custos Coronae. Stephanus Batori Cardinalis sub Ludovico II. Uxor Anna Seleger.	
Stephanus natus 1533. Princeps Transilv. 1571. Rex Poloniae 1575 ad 1586. Uxor Anna Sigismundi I. regis Poloniae filia.	Christophorus Princeps Transilv. 1576 -- 1581. Uxor ex N. Stephani Batthiani Sow. 2. N. ex Domo Radziviliorum abiit in Suevepr. rio † 1650.	Andreas. Stephanus 1601. Andreas Cardinalis † 1599. Balthasar alius praeter Andreas.

Christophorus 1510 + 1576. Sigismundus natus 1572 Princeps Transiliae & S. R. I. + 1613. Uxor Maria Christiana A. Ducis Austriae Caroli filia 1595, quam post divisit.	Gresilelius. Uxor Joannis Zamoscii Cancellarii Personalis Regii 1584.

III. Ex Domo de Bethlen.

Georgius Bethlen Praefectus quondam Budensis

Volfgangus, Militiae Praefectus sub Stephano Bathori Rege Poloniae	Stephanus
Gabriel Bethlen natus 1580. Ppus Transiliae 1613 + 19. Novembris 1629. Uxores 1a Mosis Hedelz Vidua, obiit 4a die post Nuptias. 2da Catharina Joh. Sigismundi Electoris Brandeburg. filia.	Stephanus Bethlen, post fratris mortem, & Catharinae ex autoratione Transilvaniae Princeps.
Stephanus natus 1606. Papai rudus redivivus videndus.	Petrus

IV. Ex Domo Rakotziana.

Sigismundus Rakotzi, Princeps post mortem Botskai 1606 – 1608

Georg

Georgius Rakotzi I. Princeps Ao 1630 – 1648. Uxor 1a N. Steph. Bethlen filia. 2a Susanna Comitis de Kvrandi filia.

Georgius Rakotzi II. Ppus 1648. a Turcis peremptus in Clade ad Claudiopolim 1660. Uxor Sophia Bathorea, Heres Domus Somljo 1643.	Sigismundus Dominus de Mongats + 1650. Uxor Henrieta Maria Friderici V. Electoris Palatinatus filia + 1651. post 5 mensium Forum. &c.
Franciscus Rakotzi natus 1644 vitam egit privatam, obiit 1681. Uxor Helena, Petri Zerini, post prioris Mariti obitum, Comitis Emerici Tökölji Uxor, qui obiit Nicomediae in Asia. 1705. Uxor vero 1703. ibidem	— — —
Franciscus Leopoldus Rakotzi Malcont Dux & Auctor capitur 1701, et brevi post evasit. Uxor Charlotta Amalia Caroli Laudgrani ex Domo filia, quam duxit 1694. Coloniae Agrip. detruditur in Monasterium 1701. relegatur in Bohoemiam 1707 eodem anno servorum opa evadit.	Juliana Borbara 1688 in Monasterium detruditur; ast 1691 a Comite Ferdinando Goberto de Aspmont rapta in Matrimonium ducitur. + 1706.

Jos.

Josephus	Georgius natus 1701. N. filius natus 1706. ut dicitur Pragae.

V. Ex diversis Domibus.

Stephanus Bocskai Princeps 1605. Uxor Catharina Rustadii Hagymasi filia, Nicolai Pankozi Vidua.

Franciscus Rhedei. Princeps 1658. et brevi post depulsus vixit adhuc 1661.

Zacharius Barcsai, a Turcis 1658 in Principatum evectus et 1661 interemptus, Bethlenius Gabriel in Dacia Barcsaiorum facit mentionem. Uxor Anna Sigismundi Báthi filia. Filius vide apud Otrelium.

Joannes Kemeny Princeps 1660 & 1662 ex clade fugiens interemptus. Uxor Anna Lenyai. 2e Nav. filii Franciscus memoriae Bethlen pp. 248. Simonis ex priori uxore. Bethlen de Rovereа fecerit Simon, Franciscus.

VI. Ex Domo Apafy.

Georgius Apafi, Joannis II. Regis Supremus Curiae Magister. Uxor Anna ex familia Desfy.

Ladislaus Balthasar	Nicolaus Comes de Kükülló. Uxor Margaretha Orbai, Valentini Frivoli Vidua.

Georg

Georgius Supremus Camerarius in Aula Rakoczi I.	Stephanus Comes de Zolnok	Michaël Apafi Princeps 1661. † 1690. Uxor Anna Pauli Bornemisza Militiae Aulicae Praefecti filia.

Mich. Rhedei.	Georgius Georgius	Franciscus Susanna Maria	Michaël Apafi natus 1676. Pater 1690. Uxor Georgii Bethlen obiit ipse Viennae illa † 1725.	Eva & Gregorius.

§. 83. Anno 1526. post fatalem interitum Ludovici Regis ad Mohats, Hungaria a Corona Hungariae avulsa novam induit faciem sub Principibus. Hungari in partes divisi, alii in Regem eligunt Joh. de Zapolya Vajvodam ruinae Hungariae, alii Ferdinandum A. Ducem Caroli V. fratrem, qui Ludovici Regis Sororem Annam duxit in Foro, ubi Posonii ad Ann. 1526. Unde bellum intestinum, et regni desolatio insecuta, quo & Turcae a Hungaris in auxilium vocati se se immiscuerunt. Ibrahim & Miles. In Transylvaniam properantes, monemus animadvertendum esse Historiam Hungaricam propter connexionem rerum Transylvanicarum cum Hungar. Anno 1527. Joannes de Zokaium a Ferdinandi copiis in fugam vertitur, dum interea Joannes 1529 novo exercitu in Hungariam abiisset, Petrus Moldaviae Vajvoda Bartfam invadit, cum quo Nostri ad Mariae Burgum adversa fortuna

conflixere

conflixerē, Crona diripit; verum dum Moldavus Bistricium adoriri vellet, a Cōjs Trāmicis fusus est. Aō 1530 Stephanus Mailot, cum Moyse Valachorum Principe frustra obsidet Cronam, unde partem aliquam Trāmiæ in seritim abscedit. Aō 1531. magno aprne Coronenses contingerē tempestates, & terræ motus, quo quo Turcarum Exercitus ex Hungaria per Trāniam tendens Barcian in itinere miserē devastat. Sine fructu est ut omnes civitates Joanni se se submitterent, excepto Cibinio, qui nec obsidione a partibus abstrahi potest.

§. 84. Anno 1535. Magna in Trāmia Annonæ caritas, ut multi fame perierint, eodem anno Saxones et Siculi ad Ferdinandi partes deflectere statuunt contra Joannis regis Exercitus nihil proficiunt. Istvánf. pg. 208. Joannes igitur Cibinium obsidione cinctum adhuc tenebat, eandem utrique Rege Ferdinando & Joanne de fessis, de pace deliberant; convenerunt igitur Legati 1538 Vaţiam, ibique pacis foedus concludunt, ut utrique dum viverent regio uterentur titulo, & Joannes Ducta Uxore, masculum relingueret, Transilvaniam ejus Ditionis futuram esse, Joannes arces paternæ Ditionis in Hungaria possideat, quibus Ferdinandus Ducatum Oppelie in Silesia adderet, qua pacificatione res Hungaricæ & Trāmicæ tranq-

tranquilliores fuere.

§. 85. Joannes pace cum Ferdinando facta, Turcarumq; Imperatore pie sibi conciliatur, quiete & otio usus est. Ad A. 1539. quo Uxorem duxit Isabellam, Poloniæ regis filiam, & pub initium quadragesimi nuptias celebrat Alb. Regali, Istvánf. pg. 223. Eve ejus nuptiale gaudium turbavit hubitius de Trāmia adsexcus proceres Maylatum & Balassam defecisse ad partes Ferdinandi, quibus auditis exercitum movet in Trāmia, ibique Torde conventum edicit, Litterisq; publicis reos conjurationis citat, qui cum dicto Regis audientes non essent, regii milites, duas Balassæ arces Almas & Diosk solo æquant, quo periculo motus Balassa, viti-Sabitu se ad regem recipiens, ad pedes ejus provolvens Lacrymabundus Gratiam petit, quam & impetravit. Istvánf. pg. 224. Post aliquot dies adversus Mylatum exercitum movet suum, qui se in arcem suam Fogaras recipiebat; verum antequam rex eo quo tendebat perveniret, morbo gravi in itinere correptus, et in arce Vár Gebes Medicorum præsu subsitit valetudini curandæ causa, ibique morte provectus obiit 18 Julii, anno Ætatis 53. Istvánf. pg. 224.

Joannes Sigismundus ab ANNO 1540. ad A. 1571.

§. 86. Filius I. Trāmiæ Princeps natus est Patre Joanne

Joanne, matre Isabella Sigismundi regis Poloniae filia, & quidem Budae. Anno 1540. 7a July, ab aliis Stephanus dicitur, sed verum illius nomen est quod hic apponimus. Hunc filiolum Pater moriens, Testamento heredem constituit, sub tutela Georgii Martinusii, vulgo tamen Monachi dicti tittl. Episcop. Varadiensis, et Petro Petrovitzii, quorum ille Transilvaniae Praefecturam, hic Temesiensem administrabat, sub quorum imperio turbatissima erat Trannia. Post Joannis e vita discessum, statim induciae cum Maylato sunt factae; sed non diu servatae, altero enim Anno captus Claudiopolim adductus ibi in custodia post 10. annos Maylat obiit. Istvanfi pg. 243. Ut Isabellam & filium in tutelam sumeret Solimannus, eum Legati requisivere cum donis. pg. 626.

§. 87. Ferdinandus post obitum Joannis, ut a Regno Hungariae Isabellam moveret, armata manu ingreditur Hungariam, et in initio expeditionis statim Visegradum, aliaque Loca capit, quibus rebus Turcar. Solimannus occasionem arripit A. 1541, invadendi Hungr. sub praetextu ferendi reginae & pupillo auxilii, ex quo grave illud & exitiale bellum Turcicum. Istvanfi. vid. pg. 227. Interea Regina, Turcarum dolo anno superiore ex Buda ejecta, et in Trannniam amandata fuit. Ao 1542. Ingens Locustarum multitudo Provinciam molestavit. Elias Moldaviae Vajvoda Barciam depopulavit et Trannniam, idem 1543. Siculiam depopulatur A. 1544. Eclipsis Solis magna visitur.

Locust.

Locustae denuo Provinciam molestant. A. 1548 Georgius Monachus extremae ambitionis homo praeter duos Episcopatus Varad & Csanad, multas arces ditionesque in Trannia & Hungaria sibi subiecerat. Nunc autem ubi Joannem pupillum ex ephebis excedentem intueret, clandestina cum Ferdinando consilia agitare coepit. Causae vero hujus insurectionis erant, quod Petrovitzius, Georgium Monachum de Officio suo movisset, suasissetque pecuniam ex publicis reditibus ad pupilli aetatem reponeret. &c. Istvanfi pg. 291.

§. 88. Regina cum Pupillo Cibinium intrare volebat, at Georgius introitum negabat, quae contumelia Reginam & Proceres ita exacerbavit, ut et armis contra hominem perfidum uti decernerent. Comitia eatenus sunt advocata Enyedini, quo et Georgius advolavit, sed non est admissus, imo fidelis aliquis Reginae, noctu ubi degebat Georgius globo immisso, qui caput pro scopo habuit auriculam tantum laeserat sine eventu. Interea Turcarum auxilia regina contra Georgium petit, Georgiique de tradenda Provinciae consilia aperit. Solimannus Litteras Reginae ne amplius perditori obtemperaret mittit. His itaque acceptis Regina Claudiopoli 1550 Comitia indicit, decerniturque arma esse sumenda in Georg. Monachus contra idem facit. Siculos Saxonesque muneribus suos facit, et in auxilium provocat, Reginaeque auxiliares suis fundit copiis ad Csanadium, pari fortuna & Valachos, qui Reginae auxilio venerant non procul

Corona

Corona cadunt. Ottranj.

§. 89. Pulsis Regijs auxiliaribus, Comitia iterum Enyedini celebrantur. Georgius a Regina Gratiam implorat, verum nec ita concordia stabilis & firma fuit. Georgius pilos tantum non animum mutavit, nam in Oppido Diosegh. cum Ferdinandi Legatis actutum convenit, et de recipienda in obsequium Ferdinandi Provincia egit, quo animadverso Regina A. 1557. Enyedinum Conventum celebrat, ibi parum abfuit, quin Monachus Regno pelleretur. Interea temporis copiæ Ferdinandi ex pacto cum Georgio facto Transiviam intrant, Duce I. Baptis: Castaldo Italo, quibus se Georgius jungens Albam-Juliam obsidet, et post 70. dies capit. Regina interim Sabesii Degente, Ottranj. 295. Reginæ Supellectilia restituit Georgius; Ferdinandeq; ut crederet Transiviam exponit, sed ope Consilii Regina, auxilioq; destituta, in lacrymas soluta dicto assentiri cogitur.

§. 90. Castaldus Claudiopoli cum Regina colloquitur, et Transiviam Regina his conditionibus Ferdinando cedit:

1mo Regina Coronam & Regni insignia tradat.
2do Transiviam & partes Regni Hungarici cedat,
3tio Oppuliam in Silesia Ducat. cum patrimonio filius teneat.
4to Regina 10000 aureos dotis loco accipiat.

5to

5to Dumq; Joannes ad Nubiles annos pervenerit, Ferdinandi filiam natu minimam in Uxorem ducat.

Hæc pacta Regina, filius, & Legati Ferdinandi jurejurando confirmarunt.

§. 91. Regina his peractis, Coronam cum reliquis insignibus Ferdinandi Legatis extradit. Ottranj. 297. Plexius vero Bethlen scribit ea vi fuisse extracta. Regina in his Comitiis gravem habuit Orationem. Faxit Deus O. M. ut id vobis Universoq; Regno felix faustumq; sit, verum animus mihi præsagire videtur, atque experientia docet. Vos hoc Diademate neminem decuisse Vra Gentis et signis ornatiores esse. Id quod eventus probavit in hunc usq; diem. Regina hoc modo Transiviam Ferdinando cedens, versus Asiam pergit.

§. 92. Post longam moram Ferdinandus Jmissa ad impetrandos e Castoria ubi subsistebat in Silesiam se recepit Regina. Hæc cum ad aures Sultani pervenissent, actutum de recuperanda Provincia, & Reginæ cum pupillo restituenda deliberavit, primoq; impetu soluta ad Tibiscum loca partim vi, partim deditione capit, qui Turcarum processus, Georgio in Cardinalium Collegium, et Archiepiscopatum Strigoniensem evecto extremum vitæ peperit exitium. Nam vaster hic Homo postquam Valvam Deguz cippum Cæsariani obsedissent volente Castaldo Georgius indutias Turcis insuper Litteras ad Solimanum dedit, in quibus se

junxit

promisit Reginam deducere cum Pupillo, et viam Provinciam ei restituere, quibus factis conspirationis reum se aperte prodidit, hinc dissensiones inter hunc & Castaldum. Haec omnia Castaldus secretis Litteris Ferdinando perscribit, quibus compertis Rex Castaldo injungit, ut Monachum e medio tolleret, quod sine mora ab Castaldi Emissariis in Castello Vinty, postquam canonicas horas peroravisset, multis confossus vulneribus mori debuit 17. Kl. Decembr. Anno 1551. factum Ferdinandus in Transilvania Vajvodam creavit Stephanum Dobo, virum probum, Ferdinandoque devotissimum.

§. 93. Interea Isabella in Silesia degebat, Caesariani vero in Transilvania; quibus cum se graves praeberent Turcisque de recuperanda Transilvania cogitarent, Legatos ad Ferdinandum miserunt, ut cum Solimanno iis de pace agere liceret, qui Provincialibus interea mandabat, ut Johannem in regnum restituerent. Ferdinandus ergo pacis confirmandae gratia Legatos ad Solymannum misit, regique infecta recepit cum responso: Nisi Ferdinandus Johanni Transilvaniam restituat, se religionem Hungariae partem bello aggressurum esse. Rebus sic stantibus Provinciales A. 1553. Agriopoli conventum agunt, & de pace cum Turcis consilia jungunt. Castaldus egrediendi omnimodo ad arma capienda eos inducere laborat, sed quod ejus imperium exosum esset omnibus, nihil efficere potuit. Anno 1554. Lues ingens grassata per Transilvaniam & Vrsulam.

§. 94.

§. 94. Tapio his Transilvaniam Momento Provincia adhuc Ferdinando parebat sub Praefectibus Steph. Dobo, et Fratre Kendi. Dum vero A. 1555. privata publicis anteponerent, inter eos simultates orta. Henrici ad Reginam defecit, Incolae enim de reducenda Regina cogitarunt, eamque ad Sultanum Literas miserunt. Istvanffi pag. 370. Ne vero sine scitu Ferdinandi aliquid facere videantur in Vitzaitzely comitia celebrant, et ex Decreto trium Nationum Legatos Viennam mittunt, qui A. 1556. 9. Februarii Caesarem alloqui sunt accepto responso et ad Sortationem, ne quicquam in regimine innovarent, cum id Incolis displiceret, statim Turcii Valachique in auxilium vocati aperte a Ferdinando desciverunt, Reginam cum filio ut tuerentur invitantes. Dum interea in Partibus Hungariae & Transilvaniae diversis partibus adjecti arma circumferrent, quo rerum statu ipse etiam Vajvoda Steph. Dobo in arcem Somlyo fugere coactus est. Istvanffi pag. 372.

§. 95. Haec dum fiunt, Petrus Petrovitius Nomine Reginae Provinciam in deditionem accipit, et pulvinum Provinciales Imaginum Reginae substituunt.

Legato

Legatio ad Isabellam tunc in Polonia agentem decernitur, quæ Reginam cum pupillo ad suscipiendum regimen Transilvaniæ imitaretur. Dum hæc fiunt, Sibinium in magnum discrimen incidit. Paserunt Paucenses fomenta bellica illic, quæ Cæsariani post obitum suum sic reliquerant. Nunc vero in obsidione Ujvar nec uti volens Petrovitzius, misit Legatum Georgium Matskási ad ea Sibinio educenda, quod cum plebs nollet, factum est, ut conjuratâ famulo cujusdam operâ ignis die St. Martij supponeretur, quô maxima pars Urbis perijt: cum igitur plebs intempestivo Senatûs consilio de exradendis Formentis periculum infecundum asseverarent, gravem Vulgi in ordinem istum excitavit tumultum, quo Jos. Rostonez & Judex Regius misere vitiabatur effet, circumstantias dabit, si libet p. 60. Hæc interea dum fiunt, Legati Provinciales magna Moldavorum & Turcarum manu Poloniam petunt, si forte Cæsareæ Isabellæ ingressum negarent. Legati Leopolim usque in Poloniâ pervenerunt, quo nuncio accepto Regina circa finem Xbris viam ingreditur, & 8bris Laudivopolim ingreditur, cui statim non solum Provinciales, sed et Dobo, aliique Ferdinandi sidem secuti se

subm

submittunt, quamvis Dobo contra pacta vinculis constrictus Hungariam abducens fuit, ubi ad finem anni 1571 fuit, donec data occasione illinc evasit. Stranff. 374.

§. 96. Statim post reditum Reginæ, Legationes inter ipsam & Regem Galliæ factæ sunt, quibus Regina se, pupillum & Suum Fuzelæ commendavit, qui ei omnem suam operam adsecit. Jam autem Legationem suscepisse dicit Mater episc. Vesz. quasi Procerum Consilia eo tenderent, ut vivente Matre regnum eripperent, et in filium transferrent. Hinc Turba, Regina enim à Matre in suspicionem adducta, et Petrovitzium & alios Proceres singulari odio prosequi coepit, sed Petrovitzius interea obiit. Erat nunc inter primos Nobiles Transil. Bebek, qui nuper ad Isabellam defecerat, is regendi cupidus Laudivopolim se recepit, ibique mentebatur se à Proceribus Gubernatorem creatum esse, credebat initio ipsi Sultanus, quam primum vero Isabellæ Legatus advolaret, fraudemque Dominis detegeret, in vincula conjectus mori debuisset, ni Moldavo Principis intervento Reginæ reconciliatus, libertatem adeptus esset. Stranff. 385. Hæc dum in civilibus gerunter, et Ecclesia sua habuit

sata

fata. Vid. Militem, & Dissertationem Nostram, eodem anno Claudiopolim Regina Comitia indixit, et cum Telonio Decimas permutavit. ex Pastorum Saxonum Proventibus, quibus Consiliis multorum à se animos abalienavit. Mil. pag. 60. 70.

§. 97. Attigerat jam Filius Reginæ 18. annum, quare aliqui Proceres desiderabant ut Pupillus Regno destitutus Gyneceo subduceretur. Miserunt conjurationis Principes Etiam Legatos ad Sultanum, non solum graviter de Reginæ muliebri conquærentes, sed etiam muneribus sollicitantes, ut impune illis liceret Reginam nullius Proetii è medio tollere. Miles. refert Literas fuisse interceptas, et pixidies cum pulvere toxico & venenato, quibus interitum sibi filioque procurandum fuisse dictitabat Regina. Istvanff. 387. Regina igitur cognita conspiratione Comitia Albæ celebranda edixit, quo Proceres magno numero advolarunt, inter Jos. Franc. Bebek, ut & Franc. Auzonius, Kendi Fratres. Hi trium viri, quod Principis conjurationis reputarentur, prima statim nocte interemti sunt; Horum autem cæde, magna facta est animorum à Regina alienatio, quod Legibus Exanimandam non vi

terminandæ causandæ

terminandam, causam tanc multi dictitarent. Regina tunc brevi post Tordæ Comitia celebrat, productoque uno, et altero Teste, publicis suffragiis jure cæsos fuisse decernebat, rerumque Summam Balassio tradebat, cujus opera in trucidandis illis viris usus fuerat, in Bellum in finibus Hungariæ contra Cæsareanos continuat, sine tamen successu, ut Istv. pag. 388. quare cum in suspicionem venisset conspirationis cum Ferdinando brevi post reipsa ad eum defecit.

§. 98. Haec dum ita fiunt, Regina sub finem Anni 1558. male se habere cepit, incidens in morbum Lentum et tabificum, ut vix ægrotare crederetur, animo tamen præsagiente de instanti vitæ exitu, Legatos ad Ferdinandum 1559. mittit pro induciis eo modo conficiendis, quo inter Castaldum et Monachum olim erat tractatus, sed antequam Legati Viennam advenirent, Regina 15 Septembr. mortua, magna cum pompa est sepulta. Miles. pag. 74. Istvan. 394.

§. 99. Sub initium Ani 1560 Synodum celebrant Pastores Lutherani, in qua quid actum sit, vide Dissertationem Nostram. In Civilibus autem mortem Reginæ secuti

sunt

sunt motus. Legati enim Viennâ reinfecta redibant. Provinciales in partes scissi, Michaël egridem Száki regi aderat à Consiliis, verùm tantus non erat ut turbæ imminentibus medelam ferre posset. Accesserunt Balassi, aliorumqz defectiones ad Ferdinandum, de qvibus cum Joannes per Nuncios ad portam Ottomanicam conqverereretur, auxiliaqz peteret, Busbequius Ferdinandi apud Sultanum Legatus, sua industria rem eo deduxit, ut aula Turcica parvi faceret querelas Franc. B. Istv. pg. 400. A. 1561. turbarunt dissensiones in causa Religionis, Differt. Nra. Bellum qvoqz inter Joan. et Ferdinandum in finibus Hungariæ commutatum. Istvan. Libr. citt.

§. 100. Anno 1562. Induciæ inter Turcas et Ferdinandum concluduntur octennales, qvibus sic volente Solymano Jo. I. qvoqz interceptus, nihilominus tamen is contra Ferdinandum arma sumit, ex qvo Bellum exortum, qvod ad ripas Tibisci varietate sui solet fortuna gestum. Istv. Libr. citt. Hoc enim Anno Siculi in Transilvania rebellarunt. Joh. qvidem per Legatos admonebat, armis abstinerent, cum illi nollent, immissô in eos exercitu ad Váradinum partim cædenda dissipavit, partim capta in carcerando ad officium redegit.

Habiti

Habitis dein Segedini Comitiis, Siculis publica ademta est libertas, præter Sedem Udvarhely, qvæ ceterorum insanis Consiliis se non immiscuit. Vid. Istv. ad coërcendos Siculos. Hoc tempore ædificatæ sunt arces s. v. c. Udvarhely et alia.

§. 101. Anno 1563. Spirę aut Alba Comitia celebrantur in causa Religionis, qvid ibi actum sit vide Differt. Nram. Bellumqvoqz in Moldavia continuatur, qui et Jos. Rex missis auxiliis se se immiscuit. Istv. Hoc qvoqz anno Joannes pacis cupidine Legatum ad Cæsarem misit Nesbanum Bathori; at vero cum de conditionibus convenire non posset Legatus reinfecta discessit, bellumqz continuatur 1564. Ratio felici successu. Anno vero 1565. rursus vertitur fortuna, dum imperator Maximilianus, Patri demortuo Anno 1564 succedens exercitum in Hungariam Duce Svendio mitteret, qvi occupatis in Hungaria multis Locis, in Transilvaniam movet. Johannes qvoqz suas copias conscribit, qvibus Turcos auxiliares se se jungunt, cum vero pugnam contra Cæsareanos vere ejicerent, Jos. morbo tunc laboraus Legatos ad Imperatorem mittit pro pace expetenda, qvo audito Sultanus pessima qvoqz minatus Joanni per Literas, 1566. magno cum exercitu versus Hungariam movet,

Cui

Cui Joannes ad Belgradum occurrit. Istv. 467.
Hoc anno Trans.niam ab intus turbarunt Ariani.
vid Dissert. Nram. Cumq hoc anno obiisset Soly-
mannus, ejus filius Successor Turcis suis in pune
Hungariam & Trans.niam depopulari permisit,
sed profligati sunt. Miles. 116.

§. 102. Ao 1567. adhuc continuatur
Bellum et quidem successu, ut Cæsareani ex Trans.ia
se se recipere cogerentur. Istvánffi 501. Interea
Svendius Dux, Copiarum Cæsareanor pro pace
ad Jos. Legatos mittit, quos acerba responsio-
ne accipiens Jo. Jan, bellum protractum est,
et Sequenti 1568, quô cum Joannes ad Rivulos
Dominar oppugnaret, intestinis doloribus cor-
reptus lectica domum delatus est. Istv. pg. 506.
Dum hæc fiunt Cæsar Legatos Constantinopolim
mittit, qui cum Turcis pacem ad octo annos
conficiunt, in quo et Trans.nia continebatur;
turbarunt tamen eam nonnulli Proceres
Hungr, qui Jo. Jannem clanculis Consiliis ad arma
contra Cæsarem irritabant. Hoc tempore magnos
motus Ariani in Trans.nia excitarunt. Eadem
fata passi sunt Nostri anno 1570. Miles ad Tunc
Locum. Jo. Jannes Turcas pertæsus Legatos
ad Cæsarem mittit Spirce tunc Comitia

celebr

celebrantem ex Conventu Medgyesiensi, quor
Princeps Bekésius paciscitur his fere conditionibus:
1mo. Ut depositô omni odiô Joannes regio
Nomine et Titulo cederet, Conventus
Tituli Principis Serenissimi.
2do. Trans.nia omnis Joanni maneret
Partes vero Hungariæ donec viveret retineret.
3tio. Si Turcæ eum invaderent Cæsar adjuvaret.
4to. Imperator Joanni promittebat se
unam ex præcipuis Germaniæ Principibus
matrimonio iniuncturum esse.
His peractis Legati in Trans.niam rede-
unt, quos Jos. licet gravi morbo laborans
ingenti cum Lætitia accepit, dum vero morbus
interea ingravesceret sub initium 1571. vena-
tus motione morbum dispellere videbatur in
tractu arcis Görgény, ubi morbus ita recruduit,
ut lectulo ad fiscum per duos menses teneret,
tandem cum aliquantum remitteret, suppositis
in Curru pulvinaribus Albam relatus est. Ubi
XIV. Martii obiit, Ao ætatis 92. Istv. pgm. 519.

II. STEPHANUS BATHOR J. ab
Ao 1571. ad Am 1576.

§. 103. De Stirpe hujus Principis in
Tabula Genealogica dictum est. Is primus

fuit

fuit Princeps Transiliae sic dictus, Johannes enim regio semper usus est titulo. Johanne igitur mortuo Proceres de Provinciae administratione cogitabant. Inito igitur Consilio Christoforum Bathori Gubernatorem constituunt. Istv. 521. Funere Joh. peracto de Principe eligendo agunt, ubi variae disceptationes exortae. Nam Joh. Testamento Successorem reliquit Casparum Bekésium, qui interea Legati munere fungens aberat in Germania; ast is cum ob fastum et arrogantiam, denique quod Arianae Haeresi addictus esset, Proceres eo spreto Imperium cum Dignitate Principali Steph. Bathorio Viro formae Dignitate non minus, quam rebus foris domique benegestis commendabili, communi voto deferunt, die 27. Maii. Cujus electionem uterque Caesar ratam habuit.

§. 104. Interea Bekesi repulsam graviter ferens, unus ipse cum paucis sequentibus electioni Novi Principis sese opponit, et contrarias Novo Principi aluit factiones, sed sine successu, postquam enim 1573. se, cum ingenti Thesauro Fogarasinum recepisset, illamque arcem non contemnendo militum numero munivisset, occasionem dedit Principi obsidendi illum Locum, quem ~~et~~ brevi post occupavit. Bekesio interea 1574. fuga ad Maximilianum Imperatorem delapso.

Istvan.

Istvan. 574. Ao 1575. Bekesius cum Copiis Caesareanis Transiliam intrat; Princeps contra Turcas auxilio adjutus eum ad Pagum St. Pál fudit fugavitque in Poloniam, ubi tamtiu bonis et honoribus exutus fuit, donec a Stephano in Solium regium apud Polonos evecto, in gratiam rursus recipitur. Istv. 572.

§. 105. Ejecto Bekesio e Transilia sub regimine optimi Principis Halciona egit, quâ tamen felicitate non nisi ad finem 1576. frui potuit, qua Steph. Bathori in locum Henrici Regis, Coronam Poloniae ultro derelinquentis, ad regiam in Polonia dignitatem evehereretur. Istv. 536. Statim ac electioni Polonorum locum dederat in Conventu Mediae celebrato, Statibus publice rem significat, et brevi post in Poloniam ad regnum suscipiendum proficiscitur. Transiliae Principatum Christofori fratri suo relinquens, atque sic Poloniae regno praefuit. Ao 1576. Istv. videndus.

III. CHRISTOPHORUS BATHORI. ab Ao 1576. ad Am 1581.

§. 106. Fratri Germano successit Christophor. Bathori Princeps pius & pacificus, sub cujus brevi regimine nihil memoria dignum legimus nisi quod Ao 1577. Cometae et alia Phoenomena visa sunt.

§. 107. Ao 1579 Princeps noster fratri

bello

bello cum Russis occupato, alias Copias Belligeras necessaria in auxilium duxit, qua Expeditione multi Nobiles e nostris periere. Anno 1580 Albæ Dum Comitia celebrabantur, ademta est Quarta ex Decimis Saxonum Pastoribus, aliis debitis obtinentibus licet frustra Pastoribus. Vid. Differt. nram. Anno 1581. fatalis erat Principi nostro, obiit enim pridie sacra confectus Albæ, sepultusque ibidem, cujus monumentum a Stephano Fratre erectum conspicit. Reliquit Filium Sigismundum nondum 12. annor.

IV. SIGISMUNDUS BATHORI, ab Anno 1581. ad Annum 1602.

§. 108. Simul ac Princeps obiisset, Rex Steph. Albæ Julia fratri parentavit, Provinciæque curam Andreæ Bathori, Andreæ fratris filio commisit Anno 1582. Anno 1583. turbatur Framia propter Calendarium Gregorianum. Vid. Differt. Nram. Anno 1584. Andreas Bathori Cardinalis facta Provinciæ curam resignat, quamobrem Rex Stephanus tres Tutores Principi juventutis Provinciæ administrandæ adimit proponit: Alexium Kendi, Ladislaum Sombori, et Wolff. Kovachotzi. Istv. & Miles ad. h. am. Princeps juvenis in Pontificia religione educatur opera Jesuitar. Unde turbæ multæ, Miles ad hunc am. Tutores enim illi, pupillum

ad

ad mortem damnatorum executioni semper adesse jusserunt, ut belliosior evaderet. Hoc vero regimine constituto cum sæpè usu veniret, ut Tutores vel interesse dissiderent, vel frequenter abessent, adeoque rebus expediendis moram hac ratione injicerent. Proceres Regni Anno 1585. Medgyesini conventu habito, remotis tribus, unius Summam deferunt: Joanni Petzio sub Titulo Gubernatoris, quam Provinciam ille per plures annos bona fide administravit. Istvan. & Calendaria Nra

§. 109. Anno 1586. Petze Framia infestatur, Stephanus vero Rex Poloniæ moritur. Ad Annum 1587 nihil notatu dignum Legimus. Anno 1588. ad finem Petzius Medgyesio Comitia indixit, Regnique habenas Principi juveni committit, Provinciam pacatam, et sub Tutela Turcicæ florentem & Erarium &c. Istvanfi 585. In iisdem Comitiis de Jesuitis acriter disputatum fuit inter Provinciæ Proceres, de ejiciendis hac Societate, nec desistere Provinciales voluerint, donec Soci illi publico Decreto ex Provinia ejicerentur, Miles ad h. ann. Subinitium 1589. Princeps Sigismundus in Comitiis convero juramento, de conservandis Proceri. Privilegiis se se obstringit, quo tempore et

Petzius

Gérzius inter vivos esse desiit. Duo deinceps Consiliariorum numerus in tribus adhuc augetur. Miles ad h. ann.

§. 110. Aō 1590. Gravissimo ferra morbo grassatur Corona, quo in Aō Saxonum Libertas a nonnullis Hungariis lacessitur hoc praetextu: quod hospites tantum, et homines adventitii sint. Quamobrem universitas Saxonum auxilio misso Alberto Huttero regio judici in commissis dedit, ut habita apud Principem ejusqꝫ aulam cōrāone de origine et Statu Saxonum Tranid dissamantium strophas retunderet, quod et Meuse Junii factum. Miles Stiftsbuch eam cōrām ingessit.

§. 111. Tandem ab Aō 1592 fatalis Periodus illuxit Tranꝺ ex Sigismundi consiliis, de rumpendo foedere et amicitia cum Turcis, quod inhonestum putaret Nomini cristiano pendere a Turcarum Tutela. Urebatur Princeps Occasione a Turcis suppeditata. Pepigerant illi Aō 1584. indutias octennales cum Imperatore Romano, quo termino elapso ad arma rursus eabant. Ut igitur Sigismundus quoꝫ copias conscriberet, transmittendi copiis Turcarum per Tramiam aperiret, Legatus Turcicus hoc Aō ad Sig

ad Sigismundum in Mandato ferebat, quibus compertis Princeps Casicum canit, manuqꝫ magna ad Caudiopolim castra metatur. Miles ad h. a. Dum hoc fiunt, Legatus Imperatoris advenit, Principemqꝫ ad exercendum jugum Turcicum animavit. Miserat interim pro prima stabiliendæ amicitiæ Rex Legatos ad Sultanum, cum annuo Tributo, quos dum indigne excepros cognosset, Princeps aperte discedere a Barbaris Societate constituit, armisqꝫ arreptis circa finem Aprilis per Valachiam usqꝫ et ad ripas Danubii excurrit, magnasqꝫ Strages in Turcas edit. Miles ad h. an.

§. 112. Dum hæc fiunt Sigismundo domi hostes nonnullos experiri debuit. Aō 1594. indixerat Comitia Labelii celebranda, ubi cum eleganti oratione ad Proceres suos de Consiliis suis disseruisset, statim nonnullos aliter sentire animadvertit, eos videlicet qui in amicitia cum Turcis perpetuanda putarent, quibus cognitis nova Comitia Tordam indixit, ut illuc omnes Proceres armati adesse jubet, quo cum frequentes advenissent, interim vero Princeps Alberti Hutteri regii judicis fide de conspiratoribus certior factus esset, quo eo tendebant, ut Sigismundo deposito,

nocuum

Novum Principem constituerent, Tordam pergere sibi consultum non duxit, quin se in arcem Kövár recepit, Literis priùs ad Provinciales datis, quibus Summam rerum Rex se absente Balthasari Bathori committebat, jubebatque ut Provinciales suo Loco illi parerent, is accepta dignitate, ut omnes se Claudiopolim conferrent armati mandat. Sigismundus interea novas Literas ad Status Regni scribit, quibus denuo de deferenda Turcor amicitia mentem aperit, quibus lectis magni animorum motus sunt secuti. Pars enim Sigismundum removendum esse censebat, ex adverso nonnulli, Hungari, Siculi et Saxones effusa proclamant se omnia pro Sigismundo ponere velle in discrimen. Ist. 65

§. 113. Cum vero maximus Sigismundo adhæreret numerus, communi consilio quatuor viri deliguntur, Principem publico nomine adeuntes Kövario, ut in Provinciam reducerent, quod et factum, sed malo in Conspirantes eventu. Statim enim ut Sigismundus Cpolim advenisset, dissimulata ille in præsens ira omnes Proceres, eos enim quos sibi adversari cognosset

expr

expansis ulnis junctisque dexteris comitr habuit. Postero die brevi in consensu Procerum habita oratione declaravit suam ad huc sibi sententiam exutiendi iugum Turcicum, quo factum ut, vel non satis liberis votis, vel metu perculsi assentirentur. In sequente altero die Convivium instituitur, in quo Princeps Conspirantium 14. nil mali suspicantes in Vincula conjicere jubet, Nomina illor et Supplicia Istv.

§. 114. His peractis ad stabiliendum foedus cum Impre Romano Legatos misit Pragam. Conditiones aliter Istv. aliter Piasecius et Miles ad 3. annum commemorant. Præcipuæ erant: ut Cæsar Sigismundum armis & Consiliis juvaret. Uxoremque ipsi ex Domo Austriaca copularet, quod et sequenti anno factum.

§. 115. Nuptiis absolutis statim se Sigismundus ad arma contra Turcas accingit, comparatoque magno exercitu ex Germanis Valachis recta Valachiam petit. Valachiam ingressus Turcas statim adoritur, miraque clade adfectas ejicit, dum interim et in finibus Hungariæ per Legatos suos res feliciter geruntur. Istvanfi pg. 669.

§. 116. Rebus sic feliciter gestis circa finem

anni

anni in Trannoniam revertitur, et per paucos dies Coronae moratus, Albam tendit, quam cum magno Incolarum applausu ingreditur, breviq; post Comitia indicit, quibus de Moldavia Valachiaq; tutanda deliberat. Ibi enim Stephanum, hic vero Michaëlem Vajvodas praefecerat. Stephanus post à Polonis occisus est, et vindicasset Sigismundus caedem, nisi à Pontifice fuisset admonitus. In his autem Comitiis à Nobilitate sollicitatus Siculis Libertatem sub initium Belli concessam denuo aufert, malo tamen eventu, ut infra dicetur Praet. Hoc Conventu proponit Proceribus consilium de suscipiendo itinere ad Imperatorem Rudolphum, quod et ingressus est, per Cassoviam et Moraviae fines Pragamq; venit 4. Febr. Ao 1596. duo negotia Caesari propositurus, Unum: de Caesari danda Trannia, alterum de Divortio Conjugis, à quo insolenti proposito deterrere eum videbatur gravis morbus, in quem inter loquendum cum Caesare incidebat, ipseq; Caesar ab incepto dehortatur. Praga discedens ad invisendum Socerum suum iter instituebat, verum ubi in itinere Litteris Batsrai, quem tuendae Provinciae

Domi

Domi reliquerat, de Siculorum Seditione cognoverat, relicto itinere in Trannoniam revertitur. Siculi interea à Batskaio jam tunc dissipati, capti, variis Suppliciis adfecti, ut Pps pacatam jam Provinciam ingredi posset, reduc factus obsidionem Temesvariensem suscepit, sed artibus Siculorum aliorumq; non rite animatorum discedere coactus est. Istv. pg. 687. Hoc tamen anno Sigismundus cum Caesareanis copias jungit et feliciter cum Turcis in Hungaria dimicat.

§. 117. Quae Ao 1597. apud Varadinos gesta sunt, exponit Miles pg. 175. Istv. Scribit ad initium Anni 1597. quod superius memorato adfectu Sigismundus Pragam venit et Consilio, quod si Caesar ejus voluntati nollet annuere, Polono vel etiam Turcae ista deferret negotia, dummodo isti in otio et libertate vivere liceret, cujus cum flecti animus non posset Caesar ad conditiones coactus descendit, quibus inter alia conventum est, ut Ducatus Oppulitanus in Silesia ei traderetur cum 50000 aureorum nummorum Annua Summa, quod si vero Princeps divortio concluso animum

ad Sacr

ad Sacra applicaret, Cæsar pro consequenda ei dignitate Cardinalitia apud Pontificem operam suam interponeret. Istv. pg. 705. ita dicit. Miles longe aliter.

§. 118. Miles vero dicit pg. 177. post primum ejus Pragam iter, Cæsareani Trannniam advolarunt, ibique dum Sigismundus Albæ Comitia celebraret, Legati Cæsaris pacti conditiones implendas acriter urgent, produxeruntque Litteras Josicæ, quibus in apricum ponebant clandestinas artes. Ut in irritum redacto foedere Sigismundus Provincia potiretur, res tunc eventum nacta est, quod Princeps Tonori suo consulens, omnem causam in Cancellarium suum rejiceret, quem & brevi post in vincula conjectum Cæsareanis tradidit qui eum Szathmarini interemerunt. Istv. 715.

§. 119. Rebus sic peractis Principi maxime resistebant Provinciales, qui se liberiores esse ajebant, quam ut inscii nec assentientes, unius Principis arbitrio alteri Domino tradi possit. Prosecius ad an. 1598. Verum omnia sine effectu, Sigismundus enim ad

incit

incitas redactus, Legatis Cæsaris Provinciam tradebat, sub poenaque Capitis jubebat ut Ordines Rudolphi Imperatori, jusjurandum fidelitatis præstarent, quod et factum. Conditiones vide Istvan. 714.

§. 120. Divortium ejus matrimonii factum fuisse tradit Iuanus Ad a. 1595. ob impotentiam. Idem adscribit Volfgangus Bethlen, alii aliter aiunt.

§. 121. Quicquid sit illud certum est, Sigismundum Ao 1598. ex Trannia in Silesiam discessisse ex pacto convasatis thesauris, rebusque pretiosis, sed et dissipatis, multis antiquitatis monumentis. Miles ad 7. an. Conjunx interea in Castro Kövár, quasi inclusa Jaserat, post mariti discessum in Albam deducta est atris vestibus, (: quales viduis gestare mos est :) amicta. Ubi per aliquot Menses mansit. Hæc dum fiunt, Cardinalis Andreas Bathori ex Polonia Legatum in Hungram miserat, ut Provincia si qua fieri potest potiretur, maneretque ea penes Familiam Bathoreor; verum re cognita à Commissariis Imperis noctu Præcipiti fuga se in Poloniam recipere coactus fuit.

§. 122.

§. 122. Transnia hac ratione in potestatem Romani Imperatoris redacta, novam plane induit formam. Summa rer. Provinciae duobus Caesaris Commissariis concredita fuit: Stephano Guzai et Cuzai, Episcopo Vaciensi, et Nicolao Istvanfio, quibus additi erant ex tribus Nationibus 12. Viri. Ex quor. numero Legati non solum ad Czamum Tartariae, sed et Michaëlem Vajvodam Valachiae missi sunt, ut cum illo foedus pacis, cum isto vero et amicitiae et armorum pactum facerent. Istv. pg. 723. Miles pg. 193.

§. 123. Haec dum in Transnia fiunt, bellum in Hungaria cum Turcis continuatur, ejus Successum Istvanfi descripsit l. 31. Praeerat Exercitui Imperatoris frater Maximilianus, cum vero crebri afferrentur Nuncii Turcarum ingentes Copias in partibus Danubii confluere, deque Transnia agere, Proceres Nri nuncios ad A. Ducem mittunt, ut Provinciae succurreret, ubi vero Maximilianus differret, nova facta est in Transnia rerum conversio, Sigismundus enim de Provinciae Statu certus factus, cui interea Ducatus Oppulitanus sorderet, nova Consilia iniit, postquam cum Proceribus nonnullis per clandestinas Literas collocutus esset, die igitur 20. Augusti Dissimulata Persona per

Poloni-

Poloniam Transniam ingressus est, Claudiopolimque se recepit; Sic cum Uxorem adesse intelligeret, Extemplo eam salutatum ivit, multisque blandimentis eam ad se allicit. Statimque Literas ad Proceres dat significans se cum Uxore Claudiopoli esse. Miles pg. 196. Batskaius interea et alii Proceres Sigismundo faventes conscripto exercitu Conventum Tordae celebrat, ubi Batskaius habita oratione causas defectionis a Caesare proponit, Principatumque Sigismundo ex Voto plurium restituit, qui Legatos Caesareos in Custodiam tradit; brevi tamen post eos in pace dimittit. Istv. 727. Miles 197.

§. 124. Atque sic sub potestatem Sigismundi rursus redacta est Transnia. Unum Varad Caesaris fidem tenebat, ibi excubante praesidio Caesaris. His peractis Sigismundus ut pace degere posset, Legatos ad Rudolphum Imperatorem Romanum et Turcas mittit, ad pacis et amicitiae foedus ineundum; cum a Turcis nihil boni, apud Imperatorem vero anxius haeret, expertus Legatos, an vellet cum eo in amicitiam redire per Nuncios occultiores Patruelem suum Andream Bathori e Polonia evocat, Is igitur die 18. Febr. 1599. Claudiopolim advolat, dein Sigismundo Mediae

Comit.

Comitiis indictis Patrueli Provinciam his fere conditionibus cedit: Ut Cardinalis ei annuatim ubicunque Locorum et Pentium foret 24000 aureorum exsolvat. Districium cum suo Territorio, Decimasque fructuum ut et Arces Vets et Sajo Sigismundo tradat, deque iis pro lubitu disponendi facultatem relinquat. Istvánfi pg. 736. Miles. pg. 224.

§. 125. Re hoc modo transactâ Sigismundus Conjugem, quam rursus in Kövar quasi inclusam tenebat, Albam deduci curat, eique aliaque vis opinanti sequenti Oratione valedicit: Provinciam Fran̄niæ, quam nuper repetii, Patrueli meo tradere constitui, igitur Te deinceps bono eventui commendatam ad Matrem redire permitto: et si quæ retroactis annis dissidia inter Nos exstiterê, ut utriusque nostrûm animo tollantur cupio, teque ut idem facere velis etiam atque etiam obtestor. Istv. 736.

§. 126. Porrò Legati Sigismundi apud Imperatorem re feliciter peracta, itineri se accingunt, ubi vero Imperatori nova rerum in Fran̄nia conversio per Legatos innotesceret,

ex

ex itinere Viennam retracti, actumque esset de illorum vita, nisi jurejurando, aliisque Testimoniis constitisset insciis illis factum esse, quicquid factum est. Miles 227.

§. 127. Interea Cardinalis Principatu adepto, Legatos ad Turcam, Tartarum, Moldaviæ et Valachiæ Regulos, imo et Imp̄rem Rudolphum emittit pro pace et amicitia pangenda. Michaël Valachus post pacem inter se confirmatam, à Cæsare Romano corruptus magnis muneribus, et in partem Germanor̄ pertractus, cito foedus amicitiæ rupit, et sub prætextu inferendo Turcis arma, ita Proceres Fran̄niæ et Cardinalem delusit, ut bona cum illorum venia, pulverem Sclopeto, et reliquum Belli apparatum in Fran̄nia sibi comparare possit, quo tamen brevi post adversus ipsos Fran̄nos usus est. Istv. 737.

§. 128. Hæc dum fiunt Andreas Comitia celebrat 18. Octobr. Albæ, quibus durantibus nunciatum sæpe fuit Michaëlem Barciam ingressum esse, solutis igitur Comitiis, cum jam Michaël Cibinium versus Castra sua moveret, exigua manu Andreas obviam pergit, et ad Oppidum Hallrubüng

Castra

castra sua locat. Miles.

§. 129. Mittebantur Literij ultro citroq; Legati ad pacem ante pugnam pangendam, qua cum Andreas et duriores sibi reponeret, illo controversia dirimenda fuit, id quod 21. Octobr. accidit, in quo exercitus Andreæ fortissime pugnans, sed prædationibus cito minus idoneus terga dare coactus est. Cardinalis quoq; fuga salutem suam conservare volens, cum in Moldaviam effugere taleo raret, inq; silius fame et siti oppressus aberraret, et ad radices passus Pyrs in Sicilia perveniret, a Siculo quodam Valachio partibus adicto, non sine multor miseratione trucidatur, caput perciscum fastoq; impositum, allatum Michaël Duci impositum, ac tandem Melaynæ missi ferale munus, tanta laudis Architecto, Cujus ille Lineamenta manu Pictorij exprimi ac Imperatori Pragam transmitti curavit, ad nuncium vero Cujus Cladis Matthias A. Dux Austriæ Viennæ, publica lætitiæ signa dedit, ac si Turcas in Hungra cecidisset.

§. 130. Michaëlis quoq; Legati, tanta gloriæ

gloriæ Præcones Pragam ad Imperem contendentes, magnis honoribus sunt accepti. Melopinam quod attinet, is autor putandus eorum qui Andream occiderunt. Hac enim occasione ille favorem Imperatoris occupari voluit, ut per eum dignitatem Cardinalitiam adipisci posset, at enimvero cum fructum suæ artium recepit quem speravit. Nam Romam ut rediit, a Clemente VIII. indigne acceptus fuit, statimq; abire jussus ex Aula, ad suum Episcopatum, ubi mœrore contabuit, brevi post decessit. Præsecius. pg. 174.

§. 131. Atq; sic sublato Andrea, Michaël trucidati cadaver deferri curavit, et cum avulso capite in Templo Albensi honorifice humandum tradidit. Istv. pg. 737. Sub Turcarum ita Valachiæ jugum redacta Transilvania fœda exstitit. Istv. Loco citto. de qua Milium cumprimis libidine et crudelitate, cum Provinciales plus simplici vice congruerentur, eo tandem Michaëlem Imoverunt ut, sub initium anni 1600. Comitia Albam ediceret, in quibus cum et Legati Cæsaris Genes essent, multisq; motibus Conventus ille habere-

haberetur, nova rerum facta est conversio. Cum enim Valachus Provincialibus de violatione Privilegiorum conquerentibus, Legatis vero, qui Provinciae Caesaris auspiciis acquisitae redditionem urgerent, acerbe et insolenter, utrisque respondit. Istvanfi 739.

§. 132. Haec dum in Trannia aguntur, Sigismundus Bathori novis cum Regni Cancellario Zamosio consiliis initis, vindicare Cardinalis caedem, Provinciamque repetere decreverunt. Nec autem facile id fieri potuisset, nisi Michaëli intra Valachiae fines nova crearentur negotia; Dum itaque Michaël in Trannia moratur, Jeremias Moldaviae Princeps instinctu et opere Polonorum ac Turcarum illi infensorum Valachiam irruit, Fratremque suum Simeonem in Principatum inducit, Michaël tunc cum exercitu Valachiam intrat, Simeonemque expellit, breviqque post Moldaviam petit Jeremiam expulsurus. Cum vero Moldavia Polonorum Clientelaris esset Provincia, Zamosius Exercitui praeficitur, qui Michaëlem fortiter ejicit. Istvanfi pag. 747.

§. 133.

§. 133. Absente sic Michaële Trannii Caesareanorum Copiarum Ducem cum Hungr. Georgium Basta invitant, ad liberandam Provinciam à jugo Valachico, quod et factum est; de quibus cum certior esset Michaël in Trannia properabat, ubi vero omnia mutata esse videret, ad arma animum convertit, cui cum Provinciales Copiae cum Caesareanis ad Pagum Mirislo occurrerent victus et in fugam conjectus est. Istv. pag. 755.

§. 134. Ejecto sic Michaele, Proceres Trannie sub initium A. 1601. Claudiopoli denuo conveniunt, et Legatos ad Caesarem mittunt, ut si Caesaris Frater Maximilianus ad Provinciam suis Legibus regendam mitti non posset, potestas Provincialibus eligendi quem vellent, permitteretur. At enimvero Proceres dum non expectarent Caesaris responsum, sed ante Sigismundum ex Polonia invitarent, denuoque Principem Trnae pronunciarent, nova dissensio exorta (: ut infra dicemus :) Dum haec fiunt Michaël per varias ambages, Pragam ad Caesarem profectus erat, à quo tanto liberalius est habitus, quod mutatis Trannie rebus, ejus opere indigeret, acceptis igitur Valachi excusationibus, cum munusculis

novisque

novisque promissis, de concedenda ipsi Transilvania ad Bassam in Transiluaniam remittit, ut conjunctis cum Bassa viribus Bathorium edomaret, advolaverat enim interea novus Provinciæ Legatus in Aulam Cæsaris cum Literis et petitionibus, ne Sigismundi novam electionem molestè ferat, sed irrito successu; Cæsar enim Transilvanos perfidiam detestatus, Legatos eos ignominiosè jubet Urbe excedere juber.

§. 135. Sigismundus Cæsareanos advenisse cognito obviam iuit ad Pagum Gorzsi ex altera parte Bastæ et Michaël cum 15000. hominibus, qui Sigismundi Comes dejectis, se in Polonicam fugere coguntur, Regnicolis mitissimus illi adhærentibus. Usus hac victoria Basta, venit Claudiopolim caput defectionis, et magna eam pecunia summa mulctavit, quo exemplo reliquæ civitates territæ, ad obsequium Cæsaris perducuntur, interea Basta Michaëlem, ut æmulum ferre non poterat, ejusque gesta omnia in suspicionem trahebat, causatus eum, quod res Transilvaniæ eo superstite semper in incerto essent mansurus, interim Claudiopoli Tordam iverunt pro salvanda Regni

Regni omnibus, prosita ibi Castra fuere, in quibus cum Michaël in Tentorio suo quiesceret, missis a Basta aliquot Centurionibus e medio tollitur, caput ejus resectum cadaveri equino superappositum, truncus vero toto Biduo inhumatus jacuit, eo quod Machinationes contra Imperatorem cum Turca iniisse censaretur.

Epitaphium Michaëlis.

Hic jacet ille Heros, Latro magnus, & Hero verus,
Ille malus Dacus, Scelerum Lacus atque Vadum,
Hæc qui transibis, bis, terque cacabis ibi.

§. 136. Segnens 1602. fatalis fuit Transilvaniæ, ut tales non dubitarent mammam suæ posteritati miseriam describere, causas plures describit Istuánfi, inter quas erat Fames stupenda, cædes et vastationes ex omnibus partibus. Multum vero Turci malo attribuebat Bastæ avaritia, multisque Cæsareanos sua licentia.

§. 137. Dum hæc fiunt, Sigismundus novo quasi furore actus contra matertera Consilia Legatos ad Bastam et Cæsarem mittit, quos nomine patruo reconciliare jubet. Cæsar ille graviter et sæpe lacessitus offensus, condonat tamen omnia, eique aream in Bohemia

Lobkowitz

Lobkovitz cum aliquot Prædiis, et annua 50000. aureor. pensione offert, atq; promittit, quibus cognitis, Sigismundus et Basta circa finem Jujus anni Claudiopoli Conventum indicunt, in quo Sigismundus Provinciam sollemniter renunciat, Basta vero Cæsaris nomine Gubernandam suscipit. His peractis Sigismundus Pragam contendit, et in Arce p̄dicta Sedem constanter figit. Istvan. Cum vero novas res moliri in suspicionem venisset, Pragam abductus est, ubi honesto quasi Carcere incluso die 27a Martii 1613. post tot inconstantissimi animi argumenta, egenus fere, et inops moritur finemque facit Illustrissimæ Familiæ Bathoreorum.

Moses interea Székelyius jam ante obitum Sigismundi arma resumserat, cui Basta occurrens, Copias Mosis post cruentam Cladem, apud Albam prosternit, Tranniamq; rursus in potestatem redigit. Mose ad Turcas elapso. Ortelius ad 7. annum.

§. 138. Nec tamen diu occupatam Provinciam quiete tenere poterat Basta, quam male hactenus administraverat, Anno quippe 1603 novi motus oriebantur, equidem mittebantur

Legati

Legati Provinciæ Nomine ad Imperatorem, ut fidem et obsequium ei promitterent, at enimvero post illorum abitum, qui domi manserant factiosi, cito statim deficiunt, ex hac occasione quod, Basta cum suis copiis Tokaium versus; instar fugientis se recepisset, vacuamq; Provinciam reliquisset, tum Provinciales Mosem in Principem suum eligunt, cujus electionem Turcarum Imperator ratam habuit, et auxilia expetita misit, quorum ope Moses Karansebesim occupat, Albam et Claudiopolim accipit, Cibiniosq; sibi subjecto, Coronam versus tendit sed malo eventu: Nam postquam in Campo Jujus Urbis ad Molam Cartharum Castra locasset, Exercitusq; pro diversitate Nationum, distinctis locis metaretur, occasionem dabat Raduloni Michaëlis interfecti Successori, cum aliquot millibus suor invadendi Mosen, cum Turcis & Tartaris, nil tale metuentes Turcæ elapsi, Moses captus, capite plexus Caput ejus Coronensibus suis affectis spectandum in Suburbio positum est. Istv. 796.

§. 139. Atque sic Provinciam sub Imperatorem redactam, Imperator per 10. Viros ex Hungra & Saxon. gubernandam jubet, at enimvero cum Tranni Imperii Germanorum pertæsi, novam statim rebellionem concitarent, hæc Consilia tamen effectu caruerunt. Dum hæc in Trannia fiunt, Basta Lippam et alia loca in finibus Transylvaniæ recuperat

Claud.

Laudiopolitani quoqz, qui Jesuitas nuper ejecerunt, illorumqz Collegium fundibus diruerant a Basta reduce graviter mulctantur, Jesuitæ restituuntur Templum Arianis ademptum eis concedetur. Ibn. 347.

§. 140. Dum cum ita gerunturAno 1605. illuxit quo cum Cæsareani peggerent in omnes incolas per eorum Gaulbatores, fevire, novæ turbæ exoriuntur. Evocaverat interea Cæsar Bastam ex Tramia, cui qz in Hungaria præfecerat, commissa Tramiæ Præfectura Joanni Jacobo Luzziano Comiti de Belgiada, ut dicitur Lutheranо. Dum itaqve Basta circa Strigonii occupationem moraretur, in Tramia novis et præteritis graviores motus oriuntur; erat rum adhuc in vivis Stephanus Bastai, cujus animus ex variis Causis abalienatus est a Cæsare. Florebat apud Tramos non minori Fabricl qvez Bethlen, qvem Turca, Mose extinctо, Principatui Transilvaniæ destinaverat, ad hunc Bastaius secretas Literas misit, quibus ille omnia promittens petiit, ut Turcæ auxilio sibi conciliato aditum ad Provinciam pararet. Placuit Bethleno consilio. Interea Turcæ auxiliares advolaverant in favorem Bethleni missæ; cum vero ad Tömösium non procul a Cassa Castra metarentur Mense Septembri a Cæsareanis obscura nocte in fugam conjiciuntur. Ibn.

§. 141. Interea Bastaius quiete ad Tuse in Hungaria retinebat, tempora speculaturus;

cum

cum vero is in Suspitionem Conspirationis cum Tramis et Turcis jam Dum veniret, et ad Comitem Belgiadam invitatus, ut se a suspicione purgaret, convenire illuc detractavit. Cæsareani Ditiones Bastaii hostiliter intrant, cibus cum Bastaius arma sua opponeret, ad pugnam res devenit, in qva Cæsareani Duce Belgiasa fundunt, qvâ victoria Bastaii, plurimæ Urbes in Hungaria ad Bastaium deficiunt. Ibn. 811. Rebus sic stantibus Basta circa medium Novembr. cum Exercitu Tramiam rursus intrat, cui se se Proceres optima qvæ excusant, Demonstrantqz nihil sibi Commercii esse cum Bastaio; cito tamen rursus sedem retulit Basta, Dum Copiæ suo ob hilarum Stipendium tumultuarentur, et in partes delaberentur. Non scio, an in hanc fugam segnens Epicedium factum sit.

Quo fugis ô Basta, sta ne fuge, sta bone Basta.
Sed fugis, et vasta tua Copia sternitur hasta,
Copia non casta, miserorum sanguine tasta,
Perdat se pariter male Basta, vasta tarasta.

§. 142. Hæc Dum in Tramia geruntur, Ano 1605. male contenti in Hungaria Superiori armis cum Turcis junctis, Cæsareanos utrqz affligebant. Ibn. 818. Sæpius tamen de pace consultum fuit, sed sine successu. Quin imo Bastaius

Mense

Mense Aprili in Serentino Comitia celebrat cum suis asseclis, & ad arma contra Cæsarem sumenda solicitat. Istvanfi 822. His peractis Botskaius Trannniam ingressus est, ubi Provinciales, sub initium Junij Conventum Claudiopoli celebrant, in quo Batskaium, ut strenuum Religionis & Libertatis vindicem unanimi Consensu Principem Trannniæ eligunt, qui à Legato Turcico nomine Sultani confirmatur; unde Mediam profectus in Comitiis Belli necessaria impetrat, et aliquamdiu ibi substitit. Istvanfi pag. 824.

V. SHEPHANVS BOTSKAI ab 1605. ad Annum 1607.

§. 143. Steph. Botskai Baro de his Marja, erat ex Familia antiqua oriundus 1555. quæ ex Germani cujusdam Nobilis nomine Mitsban, qui tempore Leyzæ II. in Hungariam appulit deducitur. Vide Orationem parentalem in obitum cujusdam Steph. Botskai Baronis. Hic igitur post-eaquam Superius dicta ratione Principatum assecutus et adeptus esset, commissa Provinciæ administratione Sigismundo Rakotzi, rursus in Hungariam rediit, quam cum fere omnem in suam redegisset potestatem, à Turcarum

Sultano

Sultano Rex Hungariæ pronunciatur, ast brevi ubi Turcarum machinationes advertisset Carpanam indixit, et Legatione à Cæsare accepta, ad pacem ineundam animum adjecit. Istvan. pag. 836. Sequenti igitur Ao. 1606 Legati Principis Viennam adveniunt, et post multas disputationes, Mense Julij pacem concludunt, cujus præcipui Articuli erant.

Libertas Politica et Ecclastica Hungr. & Trannniæ Incolis acquisita, Titulusque S. R. Imperii à Trannniæ Principis Batskaio collatus, denique fines Principatus usque ad Oras Tibisci extensi fuerant, idque perpetua Successione in Batskaii Linea masculina. Lege in Hist. Diplomat. et apud Istvanfi pag. 840.

§. 144. Nec tamen diu Jac pace frui potuit Batskaius, durante enim jam pacificatione, in morbum implicitus male se habebat, procurato vel veneno, vel philtris à Cancellario suo Mich. Cottais, qui Principem ad prandium invitaverat, quo sub finem Jujus Anni 28. Decembr. sine ullo Herede, Ao. Ætatis 50. extinctus est. Cassoviæ sequenti demum Ao. mense Februarii Albam Trannniæ Cadaver ejus magna pompa translatum

est.

est, et in Templo S. Michaëlis inhumatum. De mortis ejus causa dubitant Scriptores. Istvánfi hydrope correptum obiisse scribit. Ortelius simpliciter de veneno loquitur. Hippingius in Supplemen. ad Papii Histor. Ecclesiast. Monachum confecisse venenum, Cottaiumque eo duxisse hominem Catholicum, ut Batskaium e medio tolleret. Quicquid sit, id quoque certum est, Milites Praetorianos Cottaium repente in forum arripuisse, et frustratim in loco infami dissecuisse, ut vix superessent paleae quae Uxori possent tradi.

§. 145. Atque hunc exitum habuit Steph. Batskai, Princeps strenuus et vindex Religionis Evangelicae acerrimus. Mollerus in Dissert. de Trann.ia. Hoc titulo usus est, Steph. Batskai Divina Misericordia Princeps Trann.iae, Moldaviae et Valachiae, Dominus totius Hungar. et Vicinar. partium Moraviae, Silesiae & Stiriae Religionis Evangelicae Defensor, fidelis Imperii Turcici Tributarius, et Juratus Jesuitarum Pontificiorumque hostis. Viderit Mollerus cujus auctoritate scripserit, mihi quidem Temporum ac rerum gestarum rationibus alienus videtur ille cyclopicus titulus.

VI. SIGI

VI. SIGISMUNDUS RÁKOTZI ab Ao 1607. ad Am 1608.

§. 146. Batskaius ante obitum vivens adhuc, Testamentum condiderat, in quo Proceribus Trann.iae Successorem commendabat Valentinum Homonnai; sed illi auditô Batskai, Sigismundum Rakotzi Gubernatorem hactenus invitum lacrymis recusantem in Conventu Claudiopoli Principem proclamant. Istv. 447. Is vero ubi Gabrielis Bathori animum Imperii cupidum sentiret, in limine statim regiminis sui fastidire coepit natum sibi laborem, adeoque Bathoreo ultro concessit, retentis in compensationem Comitatibus Patakiensi & Malloviensi, cum appertinentiis, atque sic Trann.ia excessit in suas Ditiones cum ingentibus Thesauris. Nodanyi in Floro Hungariae.

VII. GABRIEL BATHORI ab Ao 1608. ad Am 1613.

§. 147. Ortum ducit non ex Familia Bathoreorum de Somlyo; sed ex alia simpliciter de Bathor dicta, commendatione Rakotzi receptus est à Statibus et confirmatus à Turcis;

Princ.

Princeps Juvenis et nondum defecati ingenii, is aperte gloriabatur se per artem Senem Rakotyi delusisse, et vanis minis Regni fasces ei extorsisse. Quicquid sit, hoc certum est, Proceres ad declinandum Liberae electionis praejudicium ea Lege Bathorium elegisse, ut nullo modo, vel praetextu licitum ei esset Principatum in alium transferre, Leges et immunitates manu teneat, quatuor Religionum exercitia permittat, pacem cum utroque Imperatore colat, et reliqua Legum contenta diligenter observet. Lege apud Nodanyi pag. 353.

§. 148. Ex altera parte Hungariae tamen Regi Mathiae, cum quo Ao 1610 apud Tokaium pacem confirmaverat, novorum dissidiorum ansam praebuit, dum quosdam Barones in finibus Hungariae et Transiae ad Clientelam Regni Hungrae spectantes sub praetextu Conspirationis in Vincula conjecisset, insuper etiam Ao 1611. per Haydones suos Valachiam hostiliter invaserat, ejectoque Radulo ursam Valachiam & Moldaviam occupare cogitabat; at vero injuriam Raduli, Vajvoda Caesari, magis quam Turcis fidus ex templo vindicat, advocato in armorum societatem

Moldaviae

Moldaviae Vajvoda, Constantino Betrascone, quasi post discessum Bathorii, Provinciam ex Valachia statim irruunt, Praesidiaque ipsius Bathorii in Valachia relicta eiiciunt, atque trucidant, equidem Bathorius injuriam vindicaturus, ingentem comparabat exercitum, ingressus jam erat iter, et in Campis Coronensibus castra metabatur, at vero serius quam par erat, Valachi enim ex improviso Barciam intrant, Bathoriumque adoriuntur et fugant, fugatumque castris exuerunt. Ex quo discrimine

§. 149. Ex altera parte Rex quoque Mathias occasionem nactus ulciscendi Principis protervam, quam in trucidatis Nobilibus exercuerat; misso igitur cum Exercitu Sigismundo Forgáts, vi et ferro Transiam aggreditur, qui primo statim impetu Claudiopolim atque alia munita Loca, partim vi, partim metu occupat, ipsumque Bathori ex Cibinio in arenam evocare tentat; omnibus tamen modis non potest; paullo tamen post ad interiora Transiae pellit, ad quam rem perficiendam diligenti Civium favore usus est Forgatsius, in quos Bathoreus crudeliter Zactenus saevierat; nec tamen amplius fortunae blanditiis inconstantia Forgatsio favebat. Bathoreus enim

collectis

collectis suis Copiis Hungariae Ducem adoritur, victumque cogit, ut omissis omnibus pedem referret. Nodányius pag. 352.

§. 150. Haec dum in Transilvania aguntur Sigismundus Bathori Pragae adversa admodum expertus est fata, jam dum praecedenti Ao Pragam in custodiam abductus, ob suspicionem novarum rerum quas attentarat. Haesit itaque illic ad Aprilim usque A. 1611. qua custodia quidem liberatus est: Sed magnum detrimenti passa est ejus res et supellex domestica, conquaerebatur enim publice, effractas esse cistas, et subrepta sibi praetiosa ad 100,000. Flor. aestimata. Ortelius ad 5. annum.

§. 151. Mutatis interea Transiliae rebus Ao 1612. de novo in Provinciales, Saxones praesertim saevire caepit Pps Bathoreus, initium fecit à Corona, quam obsidione cingit, verum Civium virtute inde repellitur, in cujus rei memoriam moneta cuditur, cum inscriptione in unica facie Coronae laureae sequentia verba complectentis: Ille in equis & Curribus, in adversa facie insigne Civitatis: Et nos in nomine Domini confidimus.

Judex

Judex tum Coronae erat Michaël Veiis, qui masculo Principi fortiter se opponebat. Factum deinde his rebus est, ut Saxones non solum ad Caesarem Romanum Literas cum Legato mitterent, quibus de Tyrannide Principis sui graviter conquaerebantur, sed sine successu. Cum enim Legati muneribus in Aulam Caesaris venissent, nihil aliud effectum est, quam quod Principis Legati interventu Caesaris permitterent Principem Saxones non amplius esse molestaturum. Verum tamen Saxones rebus sic stantibus unionis formam inter se concludebant, Cujus Contenta petenda sunt ex Archivo Saxonum Coronae.

§. 152. Dum haec interea fiunt, Bathorius Coronam obsidione tenebat, quâ durante Andreas Nagy rebellantium in Hungria Hajdonum Antesignavum, multis blandimentis et promissionibus ad se in Castra invitaverat, quem post poculorum, et equestris decursus certamina ob levem contentionis causam clavâ suâ interfecit. Ortelius pag. 33.

§. 153. Interea miserat Princeps magnis muneribus Andream Göntzi ad Portam Ottomanicam pro impetrandis auxiliaribus,

Göntzius

Göntzius vero post habito Legationis jure sui ipsius rationem habebat, muneribusque allatis favorem aulae et Principatum piscabatur, eamque pro se obtinebat. Quod Bathorius interea, magnis muneribus Mathiae Hungrae Regis protectionem requisivisset non exspectato Turcarum auxilio. Göntzius vero magna Turcarum Tartarorumque manu stipatus per Valachiam redux factus, Bathoreum obsidione Coronae inhaerentem adoritur, a quo tamen victus in fugam rejectus est; quem vero deturbare Göntzius non potest, eum Gabriel Bethlen cum sequacibus A. 1613 e medio tollit; Turcae enim remoto ab foedere cum Mathia Bathorio Gabrieli Bethlenio Principatum offerunt, multisque copiis stipatum per ferream portam Mense Augusto introducunt, quibus factum ut Bathorius adversam sibi fortunam, animosque Civium abalienatos sentiens, Turcisque exosus clam Claudiopolim se reciperet, hinc Varadinum petiit, ibi Praesagiente quasi animo interitum, aliquamdiu haesit, in quo statu plus simplici vice aulicos suos petiit, ut ipsum trucidarent, et quod ab aulicis impetrare non posset, id alii sine ambagibus perfecerunt.

Georg

Georgius Nadanyi & Joannes Kilosi a Proceribus nonnullis, cum primis Casparo Desse, Pastore Oppidano animati. Variant Scriptores in Circumstantiis mortis Bathorii. Nadanyi scribit occisum esse in Platea Velentze Balneam ingressurus. Alii trucidatum esse extra Suburbium, quo Caesareanos videndi gratia exibat. Alii Carpento aureo recreativus causa Urbem egressum multis vulneribus confossum. Et cujus mortem nemo deploravit, nisi canis ejus Anglicus, qui jacentem Dominum maximo latratu excitare, vulnera Lingua curare, et arreptis Crinibus in Carpentum trahere nitebatur. De hoc Principe Legendus est Nadanyi pag. 354. Ortelius.

VIII. GABRIEL BETHLEN, ab Ao. 1613. ad Am. 1629.

§. 154. Princeps iste ortus est e Domo Bethlen de Iktar; Imaginem hujus Principis vide in Theatro Europeo Tit. 1. pag. 217. ubi subeffigie.

Stemmate progenitum me Dacia vidit equestri
Principem, et in Populo gessi Diadema feroci.
Bethlenius Gabriel inter duo Imperia pastus
Imperio hinc Regi conabar utrique placere,

Causa

Causa Bohoemorum placuit; sed ferre Salutem
Non passa est via longa nimis, nec tempora dura.

Ceterum in Juventute tenui admodum usus est fortuna, ut aliquando negotiator quidam denegaret Bethlenio 100 Flor. commodo dare, igitur ab Ao. aetatis 17. Castra secutus est, fuit Vir magnanimus, & pacati alios ingenii, musicae vocalis et instrumentalis amator, Tinc Organo aedificato, aliaque ad formam Ecclesiarum Gallicar. sacra curavit. Uxor prior fuit Vidua Mosis Lehely ut supr. ex qua tulit filium Petrum cito demortuum, quem Mater secuta est, A. 1622. Cassoviae sepulta. Alteram duxit Ao. 1626. Catharinam Joannam Sigismundi Electoris Brandeburgici Filiam, ex qua nullam Prolem suscepit. Fuldenus in Hist. ubi tpus.

§. 155. Tertio post Bathorii interitum die Bassa Turcicus, qui ut Commissarius in Trannia haerebat, stipatus certo Militum numero, Bethlenio Principatum confirmat. Convocatis itaque Claudiopolim Comitiis, Provinciales subscriptis prius, eique oblatis articulis libenter se se submittunt, inter Articulos erat, ut Princeps novus Imperatorem Turcicum pro capite habeat, agnoscat, cum ceteris vicinis Principibus ~ Valachiae & Moldaviae, quae sunt

culinae

culinae Imperatoris Turcici, pacate vivat, Trannia omnem in suis libertatibus & religione conservet, et quae sunt alia Legenda apud Ortel. 45. Nadanyi 354.

§. 156. Haec dum aguntur Annus 1614. illuxerat, sub cujus initium Medgyesii Conventus agitur, in quo novas res moliuntur Bathoreae factionis homines, dum non solum occultis consiliis Provinciales adversus novum Principem animant, sed & in ipsos Bathorii interfectores, milites efferatos concitant, qui suborto motu, in Turrim Moeniorum fuga elapsos, et post virilem resistentiam comprehensos de Turri deorsum Praecipitabant. His peractis Bethlenius sub Tutela Turcarum firmum tenuit Imperium, posteaquam Lippam, aliasque arces sibi ex pacto cum Caesare permissas, nec tamen traditas, vi ad deditionem compulisset, atque sic aegra hactenus Transilvania atque Suecia, perductis ad Cicatrices vulneribus per aliquot annos Halcyona egit, et sub pacato Bethlenii Imperio ita convaluit, quasi perpetuo in otio fuisset.

§. 157. Tandem Ao. 1619. ubi Bohoemi arma adversus Ferdinandum Imperatorem sumerent, Hungrae Proceres male ab Austriacis hactenus habiti, Bethlenium securitatis suae prospiciendae

caussa

causa invitassent, sperarem belli ea cum utrisq; mivit, iisq; tam felici successu, ut brevi multa Hung. Loca, interea Posonium in suam redegerat potestatem, quo posteriori Loco occupato, ipsa etiam Regni Hungarici Insignia in Bet Slenii manus pervenerunt, Cum tantas Lege apud Orelium. Vadamvi: Quo dum geruntur Bet Slenius Legatos ad Portam Ottomanicam misit nomine Emaffendi Jarkay, qui Byzantino redierat, qvum vero Serum suum conspirationem subornasset, qvam Legatus Turcicus in Aula Principis detexerat, homo ille promeritam pœnam Lagreo luere debuit. Orel. 65.

§. 158. Nec deteriori forma usus est Bethlenius. Anno 1620. dum expugnatis multis Locis Hungariæ, Austriam qvoq; ingressus, Bohoemis auxilium mittens, Palatinum etiam Cæsareanorum Ducem Solvnium occupare tentantem, Tormentiem occidit, quibus ex voto succedentibus evenit ut mense Jan. Anno in Comitiis Cassoviensibus Pps Hungariæ declararetur, et in sequenti Augusti Octobris Neosolii Comitiis, solemniter Rex Hungariæ Acclamatus inauguraretur, cum in manibus suis sceptrum Coronam, cum reliquis insignibus, Orelius Prodelinus ad 3. annum. sequenti Junio 1621. integro, vers

victricia arma per Hungariam circumtulit Bethlenius Rex et Principes. cum vero interea superiori Anno Bohoemi essent cassi, Hungari qvoq; conversa incontantia mutare inciperent, factum est, ut Anno 1622. Cum Cæsare Richsburgi pacem iniret, his fere Conditionibus: Ut Bethlen Titulo Regio & insignibus abstineat, Principis Titulo contentus, septem Comitatus Franciæ, vicinos cum Cassovia, aliisq; Locis Hungariæ caperet, Ducatum Oppaliæ et Ratiboria in Silesia ad dies vitæ possideret cum annua Summa 500000 flor. Orelius ad 3. annum.

§. 159. Nec tamen stabilis pax fuit. Bethlenius enim Anno 1623. instigatione Principum, qui in Germania Bohoemorum causam fuebant, rursus arma capiebant, invitatisq; ad Societatem belli Turcis Mense Septembri Hungariam hostiliter intrat, postqvam belli causas manifesto publicasset, ex Hungaria in Moraviam penetrabat, ibiq; Cæsareanos Duce Henrico Dampierro ad inita pacis Conditiones Cæsari offerret, qvas recepit. Orl. ad h. an.

§. 160. Neque sic tamen perpetua fuit pax, postqvam enim mense Anno 1626. Bethlenius in Uxorem duxisset Catharinam, Nuptiis regio vere apparatu celebratis, statim arma rursus arripuit, idem et Turcæ faciunt, sed cum res minus ex

toto caderent, Posonii pax cito conclusa fuit, iis quidem Conditionibus, quas Ortelius ad 7. annum late prosequitur. /: Ao 1628. :/ Nova Consilia Hungari & Siculi agunt, de infringendis Saxonum libertatibus, modumque quærunt, quo in Civitatibus domos habere possent; sed intercessione Saxonum apud Principem per Legatos factum, ut novam daret confirmationem :/.

§. 161. Hæc dum in Hungria fiunt, Trannia alma utitur pace ad annum 1629. emortualem Bethlenio. Vexatus fuit optimus Princeps à podagrâ, accessit Hydrops, ut igitur tumores et dolorem levaret Chirurgorum inepta opera Scissurâ pedes aperire permisit, ut mors exinde consecuta esset die 19. Novembr. Ao ætatis 49. Testamentum Hungarica Lingua condiderat Princeps, quod si Legas exhorrescas necesse est, quum videris quam immensos thesauros brevi Regiminis tempore convasaverit, eosque partim utrique Imperatori, partim Uxori, partim Ecclesiis et Magnatibus Legaverat, in quo simul Prognostica, & monitiones paternæ ad Proceres Trannicæ Leguntur. Ortelius ad 7. Am. Theatr. Europeæ Tit. 1. pag. 140.

IX. CATHARINA. ab Ao 1629. ad Am 1630.

§. 162. Gabrieli Bethlenio mortuo, Uxor Cathar

Catharina successit, Gubernatore Stephano Bethlen, defuncti germano. Nec tamen nisi paucis mensibus huic Dignitati præfuit Catharina. Dum Proceres ambitione variisque respectibus inter se laborarent, quam obrem dum Vidua Princeps, inter tot diversos animorum adfectus, nec extraneorum animos regere, nec præcario imperare didicisset, Trannicam Stephano Tsaki conferre regendum statuerat, missis etiam Legatis Constantinopolim, ut consensum Sultani hac de re impetraret. Statim vero ubi illa Consilia Statibus innotuisset, rapto Catharinæ obsequio, in partes ipsi scinduntur, ita quidem, ut dum ad procuranda Regni Negotia Mediæ convenissent, parum abfuit, quin ferro in Urbe inter se dimicarent, quibus motibus dum majorem quam par esset Lenitatem ostenderet Catharina, ab eâ deficiunt. Altera itaque Comitia indicunt Claudiopolim 1630. in quibus Catharinam regimine cedere jubent, id quod & factum. Bethlenius in rebus Trannicis. Nodanyi C. 18. Altera vice nupsit Francisco Carolo Luneburgico 1639. Cum qua illi luculenta pecunia obvenit.

X. STEPHANUS BETHLEN. ab Ao 1630.

§. 163.

§. 163. Depulsâ Catharinâ, Status Provinciae in eligendo novo Principe varias sequitur vias. Ipsa Princeps Stephanum Tsaki Principem nominaverat; sed irrito eventu, Provinciales enim ipsum Steph. Bethlen titt. Gubernatorem Principatui destinaverant: dum vero is Statuum suffragiis plus justo diffideret, nec alicui invictus sub esse vellet, per filium Generumque suum Legatione amissos, Georgium Rakotzi Patakini degentem ad capessendum Principatum invitabat, operamque suam offerebat. Quae dum fiunt, Status Trannniae, ipsummet Bethleniam absentem in Principem eligunt sed sine effectu. Rakotzius interea Varadinum accesserat, eventumque speculabatur, quo nuncio accepto Status Regni Torruerunt, magnique motus facti sunt; at enimvero dum Rakotzius interea Promissis et Largitionibus Suffragia potentior eblanditus esset, eo res devenit, ut Proceres Schoesburgum generalia Comitia indicerent, quibus cum Suffragia de novo colligerentur, Legatus etiam Catharinae Joannes Kemény, Rakotzium commendaret, illico ab iis, quos jam occupaverat acclamatum est, nec a reliquis in tanta confusione contradictum est. Atque si Steph. Bethlen Principatu exuitur, id unum si pro honore relictum, quod Rakotzius per Literas

juram

juramentales assecuraret se pro patre esse eum honoraturum. Bethlen. Nodanyi. I. C.

XI. GEORGIUS RAKOTZI I. ab Ao 1630. ad Ano 1648.

§. 164. Natus Princeps Zic erat Patre Sigismundo Rakotzi sub Gabriele Bethlen, Copiarum Dux fuit in Partibus Hungariae dives & valde potens, is qua ratione fuerit electus supra dictum, quo laetô nunciô accepto, Rakotzius Varadinô relictô statim Albam Properabat, ubi deposito invicem Juramento, à Statibus solenni ritu inaugurati sub Conditionibus consuetis, Princeps fuit magnanimus, qualem Trannia nunquam habuit, quin majori cum auctoritate regnavit quam unus ex ejus Prae vel Successoribus, ut planum fuit ex Historia.

§. 165. Male hanc electionem ferebat Imperator Ferdinandus, mittebat igitur Nicolaum Esterházi Palatinum cum valido exercitu ad recuperandam Trannniam, Rakotzius accepto hoc nuncio statim cum copiis suis occurrit, a quo Palatinus ad aggeres Zakomus prope Potissum Caesus in fugam vertitur, dum itaque Princeps Turcas ad invadendam Hungariae partium Caesaris invitasset, Ferdinandus perpensis difficultatibus Rakotzii electionem

ratam

vatam habet. Orselius ad A. annum 1630. Nodum; A°= 1631. nihil memorabile Legimus, nisi quod Catharina primum per Literas, mox personaliter Rakotzium inviserit, cui elapsis primis Mensibus, Munkatsinum et Jorgatsium addidit Princeps, quos ex Legato maritus Ecclesiis remisit. A°= 1632. Princeps nuptiis cujusdam intererat Cibinii, in quibus cum Olmannus Judex Regius poculum aureatum, vino plenum ad bibendum offerret, recipere noluit dicens: abstinere se a tam modico potu, et de tribus se posse gloriari:

1mo Quod nunquam se vino plus quam debuit ingurgitasset.

2do Quod non alium praeter suam Uxorem dilexisset.

3tio Quod duodecies N. Testamentum quinquies Vetus perlegerit, pluries perlecturus si Deus vitam concesserit.

§. 166. A°= 1632. Gravia rursus intestina motibus turbatur, dum Rakotzius Georgium Lobkowitz rebellionem meditantem, Kövarii Carceri inclusum omnibus bonis exuerat, filiumque Danielem ob Casparem Berszlen Petrum, sub praetextu Homicidii cum servo, quem Petrus fuste percusserat, ut cito obiret commissi, interfecerat, quamobrem Berszlenius Senior A°= 1636. auxilio Turcae implorato Rakotzium armis aggrediebatur; adversa tamen

fortuna

fortuna, Rakotzius enim Exercitus suos juxta Oppidum Szalonta fudit atque fugavit. Tristitia Rakotzium inter et Berszlenium invita pace amicitia fuit restituta, ita tamen ut semper alter alteri diffideret, dum morte Berszlenii intervenient, dia illa terminarentur. Orselius ad hunc A°=

§. 167. Sedato bello, Rakotzius ad augendas opes, et firmandam auctoritatem animum adjecit. Lege Specimina apud Berszlenium pag. 21. qui ad dirigendi Fiberii tempora redisse, multis visum fuisse quo et illud referendum, quod ex Principatu electo Hereditarium fecerit, ut dicemus ad A°= 1642.

§. 168. A°= sequenti 1638. magnas copias conscripsit Princeps, ut et Caesarianae Bello cum Turcis implicato terrorem incuteret, accedebat & nervus ille rerum Principis ingens Thesaurus Waradini, sub finem 1639. inventus in Sarcophago quodam, cui merito inerat Corona, Sceptrum, & multa alia Principia, sunt legere est apud Bradelinum: Egregiam Caesar Josephus labat, ut Thesaurus sibi traderetur, eo quod Waradinum olim ad Reges Hungariae pertineret, sed surde narrabatur fabula: A°= 1638. ex commendatione Matthei Vaivodae Valachiae, Calugerum quendam Valachi Transmis Episcopum fecerat, quem cum multa supra juventutis auditoribus suis inculcasset, virgis caesum noctu Albâ ejecisset, ni fermis ejus Literas invenerat extra Ultria, quod magnos Thesauros

in Terris

in portis, pratis, aliisq; locis latitantes indicabant, quos Princeps erpuit, et eo fere simili redebatur.

§. 169. Atque ita Franconia per aliquot Annos pace usa est, et diutius forte usa fuisset, nisi Jesuitarum intempestiva consilia novas excitassent turbas quibus Franconia iam fuit implicata. Obierat Anno 1637. Ferdinandus II. cui successit filius Ferdinandus III. qui cum nuper concessa Protestantium in Hungaria privilegia rescinderet, eorumq; pastores Regno ejiceret. Vii. Hist. Diplomat. Regni Hungar. Evangelici Protestantes Hungari ad Rakocsium confugerunt, ut Ecclesiae Reformatae, Patriaeq; Libertati subveniret, quibus acceptis Princeps Caesarem per Literas sollicitabat, ut Privilegia et Libertatem Religionis restitueret, ubi vero Aula Caesarea Procerastinatione omnia eludere nititur, Principis insuper intercessionem parvipenderet Rakotzius ad arma suscipienda animum adjecit, ipsaq; eo majori successionis spe, quod eam dum Ao 1632. Sveci in Germania belligerantes, cum in hunc finem sollicitarant, ut est apud Pufendorf. in Comment. rer. Suecicar. Atque omnino cum Rakotzius arma vibraret eodem Joe Ao filium suum Georgium in Successionem eligi et inaugurari fecit. Ao 1643. 3. Febr. nuptias celebravit solemnes cum Sophia Bathori, unica

Ferdinandeum Bibliotheca Universitatis Regis Romaniae Cluj

unicâ Sarede ditionum familiae de Bator.

§. 170. Jactâ ita aleâ Rakotzius Senior Anno 1643. manifestum belli indicat, in quo rationes justas suspecti contra Caesarem belli toti Orbi demonstrat. Sequenti Ao 1644. ad arma concurritur, moxq; Rakotzius cum ingenti exercitu in Hungariam multasq; Urbes et arces capit, quo successu factum, ut multi Hungari Transmarini se se jungerent. Ao 1645. Sueci in Moravia, obsidione Brunae inserentibus ex pacto se se jungit Rakotzius, at vero cum obsessi Urbem strenue defenderent, multis Hungaris occisis, Rakotzius primum non fidens, pacem cum Caesare jam in Protestantes mitiore init. Variant Scriptores in pacis hujus conditionibus enarrandis: causa est, quod primam pacificationem cum posteriori, uno hoc Anno facta confundunt. Cellius et alii.

§. 171. Ao 1646. aut hoc praecedenti, magnus tumultus contigit apud Cibinenses, ut Etiam Sacra infidelitatis à Principe notati essent. Unde factum 1646. transactio inter Principem et Cibinium, in qua inter alia Lego, quod Cibinenses Principi concesserint, ut sine quaestione Urbem ingredi ibiq; morari posset, permittunt porro Pagum Kérty, et possessiones suas in Rina, Lesel et Orlai. cum omni jure cessuros florenosq; 10000. numeraturos esse obligarunt.

§. 172.

§. 172. Hac dum fiunt ab extra Rakotzio Principi hoc Aº nova subsecuta sunt difficultates. Turcæ enim cum Tributum 15000 aureorum ab antecessoribus soluendum postularent, Rakotzius jurejurando se affirmabat Asiani nominis Fratribus nullatenus soluturum, qua intempestiva resolutione id effecit ut conjectis suis Legatis in Carcere, protinus bellum Rakotzio denunciarent Turcæ, quod et inuluissent sine dubio, nisi Amurat Sen mors præmaturo fato subduxisset, Aº 1644.

§. 173. Mutato igitur cum novo Imperatore Turcico Imperio, Transilvanicam Turcæ neglexerunt, bello cum Persis occupato. Rakotzius majora tentare parat et pacem cum Asianis Principibus, imò Coronam etiam Polonicam demortuo Uladislao ut sibi pararet Consilia init. Hoc certum, Principem in Lecto emortuali decumbentem convocasse Pastores reformatos primarios, illisque promptisse, si quempe religio reformata obstaret, quominus Coronam Polonicam acquirere posset, an liceret sibi bona cum conscientia pro forma tantum missam adire? Quod cum Pastores illi negarent, brevi post morte præventus, vel perculosis meditationibus in Melancholiam demersus obiit, quam frequentissimis vexationibus dispellere nitebatur. Expiravit prag. 13. Aº 1648. die 4a Octobr. Stilo Julio scribens est. Oreliny. Rodayi et alii.

XII.

XII. GEORGIUS RAKOTZI. ab Aº 1648. ad Aum. 1657.

§. 174. Parenti successit filius, quem jam cum 42. A. in Successorem eligi curavit, Princeps bellicosissimus, et qui brevi suo regimine, totam fere Europam, suo fato, suorum quæ Calamitatibus compleuit, ipse soluto ordinario Tributo, quod parenti suo Turcis negaverat, porram Ottomanicam sibi reconciliavit, adeoque felix imperii sui initium habuit, blandiente super Prædecessorum gloriosa fortuna, ut Valachia et Moldavia Principes non recusarent Principi novo annuam pendere pensionem, ut ejus favorem sibi captarent, cum vero fortuna sed inconstantis favorem ferre non diuiget, insuper luxui et compotationibus inserviret, maxima rerum facta est conversio, quod ipsius Principis maximum infortunium, imò totalem interitum gennit.

§. 175. Initium tantarum mutationum factum est Aº 1653. quo dissensiones Sacrenus Rakotzium inter et Basilium Moldaviæ Principem, occultas ob causas in apertum bellum erumpebant, quam Rakotzius post dinam Cladem eruit, unde ejus locum Stephanum Basilii Cancellarium Moldaviæ defer. Aº 1654. Valachia Princeps Constantinus rebellione suorum Provincia exturbatus est, ad Rakotzium

Se

se recepit, quem 1655 armata manu, nefario Szekelyiorum globo ijjecto reduxit fortiterq; re-stituit; ipse quam expeditionem fortunâ sibi favente ad majora animum induxit. Vid. Cluverium ad h. annum. Pufendorfium de rebus gestis ad h. annum.

§. 176. Nec ita secero cum Sveci transijjse pu-tant, quin Poloni de hac Consilij certiores facti fierent: postquam enim A°. 1656. Sveci in Polonia jam victricia arma circumferrent, Poloni ut Rakotzium à Societate Svecorum retraherent, per Liseras clan-culum se assecurabant paratos esse filium Francij-cum in Regem suo tempore electuros esse, si is in fide Romana educaretur, immò 13. etiam Oppida in similes Francid in perpetuum se cessuros spondebant, ni-hilominus tamen relicta conditionibus cum Sveci armorum foedus iniit, sub initium hujus Anni. Pufendorfius in h. Ann. A quo propositio nec Tur-carum mind, nec Ferdinandi Imperatoris, immò nec Uxoris sua & Provincialium Sapientissima Consilia dimovere possunt, aut falcem persvadere, ne hyberna tempestate expeditionem susciperet.

§. 177. Accingebat itaq; se ad bellum Rakotzius A°. 1657. Svecisq; ad suppetias ferendas cum Exer-cito 50000. Poloniam mense Januario ingreditur, Cracoviam capit, per aliquot menses sine inde gragatus, Dum vero interea Dani irruptione in Sveciam facta, Regem Svecid ad propria menda revocassent,

Rakotz-

Rakotzius solus relictus, tanto impar, per Loca deserta aberrans, totum fere exercitum fame con-fectum cum omni apparatu bellico amisit, ipse ut vitam cum reliquis servaret, indecoris conditionibus pacem à Polonis petijjse compellitur, atq; sic cum 300. hominibus inglorius Framiam intrat seu redit, reliquis qui ex ea ejus exercitu in Polonia Duce Joanne Kemeny remanserant, a Tarta-rorum colluvie vel cesis, vel in captivitatem abductis, nulla pacis facta habita ratione. Varie circumstan-tias describunt Bethlenius. Pufendorfius.

§. 178. Vix autem Rakotzius Framicos fines ingressus erat, et ecce subitani advolant Legati cum literis ad Status Provinciæ, quibus imperatum fuit, ut in locum Rakotzii, propter bellum contra Po-lonos sorte Ottomanica Sacrenus amicos, Jamais, alium patrio ritu eligerent Principem, quod Ra-kotzii animum moverunt adeo, ut imbecillitati sua consulens A°. 1658. Comitia Albam indiceret, ingq; iis sponte Regno cederet, relictis fascibus Suc-cessori Francisco Rhedei. Bethlenius. Fragmen &c.

XIII. FRANCISCVS RHEDEI ab 1658.

§. 179. Hic Comes erat, et perpetuus Comes in Maramaros, Vir pius & mitis, omnium qui-judicio religuis Regni Magnatibus honore Principali

Dignior

dignior habitus, ritu consueto in Principem eligitur, hac tamen conditione: ut si Rakotzius privatis suis impensis Portam Ottomanicam sibi reconciliaret, Statibus liceret ad obsequium ejus redire, et electo impune renunciare, id quod stipulatione utrinque stipulatum est, unde patet eum tam facilem esse in recipiendis, quam deponendis Regni habenis. Dum vero Praesidii Varadienses, Jenovienses, et Kamos Ujhellyienses Rakotzii ut ferebatur instinctu juramentum Rhedeio praestare detractarent, nova fit rerum conversio. Turcae Arcem Jenö primo adoriuntur, quam occasionem Rakotzius laetus accipit, Statusque nostros Literis adhortatur, ut sibi legitimo Principi parcant, armaque adversus Turcas sumant; quibus auditis Rhedei Princeps Medgyesinum Comitia indicit, sed sine fructu, dum alii Rakotzio, alii Rhedeio faverent. Haec dum fiunt Rakotzius occasione utitur, noctegque cum exercitu Mediam et illic congregatos Status cum Principe Rhedeio obsidione cingit, eosque resistere non valentes eo adigit, ut facta transactione, et Rhedeio deturbato, Rakotzium restituerent.

§. 180.

§. 180. Quo Nuncio accepto Turcarum Sultanus, Principatum innocentem aestimatum, hostem nunc declarat. Rakotzius interim denuo tentabat Portam, magnisque muneribus & promissionibus gratiam obtinere nitebatur; sed irrito successu, quod igitur precibus non potuit, armis imperare praesumit, Turcasque ad Lippam adoritur, vincitque; hinc Turcae irritati, ingenti manu in Franniae viscera irrumpunt, ferro flammaque Franniae pars exhaustis incolis, plus quam 9000 captivis abductis, in favillas redacta fuit. Rakotzius interea cum suis in Silvarum saltibus, montiumque carectis salutem quaerentes. Destitutae sic omni spe & Consilio Transilvanorum reliquiae, per legatos misericordiam Magni Vezerii implorant, eamque accipiunt, non tamen secus, nisi ingenti pecuniae summa enumerata, tributoque annuo aucto, imposito insuper contra liberam Regni electionem Principe Achatio Bartsai. Vide Bethlenium.

XIV. ACHATIUS BARTSAI ab Ao 1658. ad Am 1661.

§. 181. Princeps ille tenui fortuna inter Hungaros in Franniae natus, aut ut alii volunt ex Valachis, saltem inter eos ortus. Juvenili aetate calefactor in aula Rakotzii I. fuit; successu

tamen

tamen temporis a fortuna evectus, Rákoczii II. tempore Banus fuit Lugoviensis et Karansebiensis, hoc vero tempore Gubernator totius Transilv. et Comes Comitatus Stumpf. Hoc anno jubente irruptionis Turcarum Rakoczii erat Legatus ad Supremum Vezirium. Sunt qui dicunt, Barssaium hac occasione, occultis artibus, magnisq; promissionibus Dominum suum a Solio Principali deturbasse. Vide Diarium Europ. ad Ann. 1661. Alii vero meum mortis, compulsum suscepisse fasces tradunt. Quicquid sit hoc indubium est, Barssaium a Turcis designatum & Provincialibus obtrusum, cogentesq; sic necessitate Ao. 1658. sub initium Mensis Octobris a Statibus Segesburgi congregatis Principem Transilvaniæ inauguratum esse.

§. 182. Nec si tamen gravaverunt fata, Barssai enim ut erat ingenii animi Principes, novis inimicitiis prabuit occasionem Rakoczio, dum 1659. apud Portam Ottomanicam Præfectum Comesvariensem, Principemq; Valachiæ Mihne gravi odiorum foedus cum Rakoczio ad suppressionem inisse accusat, gravibus edictis Rakoczius Barssaium prosequi cœpit, qui proprii virtutibus diffisus, in Hungaria ad Turcas se recepit, auxilia implorabat, ii impetratis in Provinciam redit

redit. Rakoczius primo quoq; animi impetu occurrit, pugnamq; ad portam Segedinam init, sed infeliciter, fugatur enim & profligatur ab iisdem. licet casu magis quam virtute hostium.

§. 183. Sed neque ita animo dejicitur Rakoczius, quin collecto Milite, & in Societatem armorum contracto, Valachiæ Principe, Turcis in Transilvania morantibus cum injiceret metum, ut præcaveant ingruentis hyemis vero tederent, Barssaio cum 15000 suorum Cibinium sese recipiente, eo nuncio accepto Rakoczius, celeriter advolat, dispositisq; per adjacentia Oppida exercitibus Urbem obsidet, Barssaium interea varius mox minis, mox promissionibus ad deditionem Urbis solicitans, quibus ni etiam assensurus fuisset, nisi Turcæ cum civibus reclamassent. Protracta igitur Obsidio usq; ad sequentem Annum 1660. quo Bassa Ducesq; Turcæ Rakoczii vastaret, ingentesq; cum Cæsarea Transilvaniam moveret, quibus auditis Rakoczius, obsidionem solvere cogitur, & licet numero hostium inferior esset, attamen occurrere hostibus forti animo statuit, quibus cum inter Pagos Szalu & Szenes prope Szadvipolum manus conseruisset, fortissime pugnans, a multitudine sauciatur, & letaliter in capite alisque corporis membris vulneratus Varasdinum abducitur, ubi post diem 18. extinguitur, Ejusdem deinceps magna solemnitate sepultus.

§. 184. Auctor Diarii Europici ad Junc. Am. quid scribit pag. 208. Studiosis Germanis Legere est. Nunc de Uxore ejus. Ea erat Sophia Bathori, parentibus Catholicis nata, Rakotzio tamen reformata nupsit, sed pro forma tantum; nam quotiescunque Sacra Coena uteretur, semper panis particulam in S. Synaxi oblatam, clam ore exeruit, et in peculiari cista recondidit. Marito tandem defuncto, Patre Sambar Jesuita, ad se accersito Catholicam fidem denuo amplexa est cum filio Francisco, simulque cistulam illam panis plenam attulit, in cloacam abjectura, nisi Jesuita Sophiam ab hoc facinore avertisset dicens: Quicquid sit tamen benedictus panis est. Filius vero Franciscus constanter in Religione Reformata perstitit, donec cum Socero suo Petro Zerényi post aliquot annos contra Imperatorem Leopoldum conspiraret, Criminis itaque Laesae Mattis convictus, non prius in gratiam receptus est, quam ingenti Lytro persoluto Religionem Catholicam amplecteretur, sic mater voti compos facta, statim Gymnasium Patakiense Reformatorum disturbavit. Qua de re vide Hist. Hung.

§. 185. Rakotzio interim dicto modo sublato, Bartsai Cibinio egreditur, adsumtisque secum copiis Turcicis, versus Varadinum tendit, quam Arcem Turcae post gravem obsidionem capiunt.

Bartsaio

Bartsaio durante obsidione a Turcis instar captivi dedento, propter animi inconstantiam, expugnato Varadino, Turcae ad propria revertuntur, reddita Bartsaio libertate in Transiliam remeandi; ubi novis motibus cito occasionem praebet, dum enim durante obsidione Varadiensi arresto detinetur, de sua Patriaeque salute desperans Literas ad Status Provinciae miserat, inter alia imperans, ut Joannis Kemény opere et Consilio uterentur, eumque pro auxiliis impetrandis ad Regni Hungariae Status emitterent, quod & factum; ubi vero Bartsai praeter opinionem, in meliorem Statum evectus esset, nunc exprobrare expeditionem nitebatur, seque inscio Hungarorum implorasse affirmabat. Valde hoc movebat animos Procerum, dumque interea & Kekelyii, variis ex causis Bartsaii regimen exhorrescentes rebellarent, magna rerum facta est conversio.

§. 186. Kemeny igitur a Kekelyio, et aliis nonnullis ex Statibus ad Principatum invitatus occasione data utitur, emulgatis prius per Literas Causis, cum exercitu ex Hungaria fere exsanguis in Arcem Görgény sese recipit, de quo Nuncio acceptô Kemeny cito advolans Bartsaium obsidet, eumque fide datâ in Colloquium invitat, convenere igitur ambo sub arce in Curia sita, quô colloquiô post

multas

multas Conventiones Bartfai eo adigitur, ut Literas affecuriales scriberet ad Regni Status, quibus eos ab Homagio sibi præstato Liberos pronunciabat, significabatq; et promittebat, quicquid illi in Comitiis proxime habendis concluderent assensurum fore, nec à propriam se auxilium plisiturum esse. Has Literas Kemeny per celeres Tabellarios ubiq; vulgari curat Statusq; ad diem 25 Septembr in Oppido Régen adesse jubet, ubi & circa conveniunt & Joannem Kemeny Principem eligunt. Vid. Bethlenium L. 3. Diarium Europed ad. 1660.

XV. JOANNES KEMÉNY ab Ao 1660. ad Am 1661.

§. 187. Joannes Kemény, Nobili genere apud Transmos in Szeklo Lerend, Gordam mter & Cnyedinum natus, exercitus Transilvici Supremus Generalis, quem Rakoczius II. ex Polonia fugiens illi remiserat, quâ occasione ad captivitatem Tartarorum deductus, post biennales Carceres Gvallacres, ingenti Lytro, superiori anno liberatus, in Patriam redüt. De hinc Bartfaii Legatus ad Rakoczium pacis conficendæ causa. Rejectô Bartfaiô in Comitiis Dietticiensibus, Kemenyum Principem eligunt, cui similem nec prudentia, nec fortitudine, nec experientia habebant Princ.

§. 188.

§. 188. Quam primum ita in Principem est electus, statim die 3. Januarij 1661. per Literas Uxori adeptum Principatum significat, quas lege in Diario Europeo. Legatum q. ad Sultanum pro confirmatione mittit, sed irrito successu, conditiones enim à Turca propositæ sunt quas vide in Diario Europeo i. e. si Tributum annuatim 5. Tonnas numeraret, demique unum ex filijs obsidis loco Constantinopolim mitteret. Non placebant Kemenyio, qui tum Imperatori Leopoldi auxilias implorat ergvidem ex Statuum voluntate, qvæ et circiter 20000. mense Julio Duce Montecuculi accepit.

§. 189. Dum vero Bartfai novas in rem res moliretur, Turcasq; ad ejiciendum Kemenyum suscitaret, Kemeny mense Februarij Dietticium et post Medjesium Comitia indicit, deq; novis Bartfaii contra initas conditiones motibus conqveritur, eumq; qvem paulo ante sub specie amicæ venerationis Görgenyio exitium captivaverat, confectum e medio tolli jusserat die 12. Maji, postqvam et Frater ipsius Andreas Fogarasin prius excruciatus suppendio vitam finiisset. &c.

§. 190. Bartfaio sic sublato Turcarum Praefectus Ali-Bassa ingenti manu Transilvaniam mense Novembri intraverat, ferro & flamma ubiq; grassans, occurr.

occurrebant Legati Statuum, qui necessitate coacti, de novo Principe eligendo Consilia mibant; cùm vero præcipui Magnates, quagrè versum diffugissent, Dignitatem suscipere recusantes, accidit ut de Stephano Pethio Bassa certior fieret, quem per Legatos accersitum volebat, sed sine successu, qui imò superbe ipsum suis Siculis Latronum nuncupatis frenis: respondebat. Unde & factum, quod Sicula brevi post miserè vastaretur. Quæ cum ita gerunturi, Ali-Bassa ex Senatoribus Mahometem Visirium Bellyium duos, nimirum: Pellionem barbâ conspicuum, alterum Sartorem obeso ventre spectabilem ad Dignitatem suscipiendam vi compulerat, quare Hungari prædicti Oppidi per totam Transsilvaniam emittunt, ut aliquem ex Magnatibus sibi acquirerent, cumque casu incidissent in Michaelem Apafi, in Castello suo Ebesalva Barensem, Bassamque certiorem facerent, statim is Apafium nihil tale suspicantem in Castra reduci curat, Provincialibusque in Principem obtruit, eique aulicos ex civibus dicti Loci constituit. Ne vero libera Principem eligendi facultas Statibus videretur esse adempta, a Legatis & aliis Nobilibus, quos Bassa in Castris habuit, Apafium nuncupatum eligere jubet, id quod ex facto 20. 9bris 1661.

XVI.

XVI. MICHAEL APAFI. ab Ao 1661, ad annum 1690.

§. 191. Michaël Apafi ortum duxit ex antiquissima apud Nobiles Framos Familia, Vir pius et tam naturâ quam diuturnâ captivitate in Tartaros molestiis justo plus demissus, ac lenis facilisque, sine fastu orabat, sed & sæpè porabat, unde Leopoldus Imperator ad Legatum Principis jocans aliquando dixit: Princeps vester semper orat & semper potat. Imo ex fatis doctus fuit, ut testatur Vendelini Theologi Compendium Theologiæ Moralis, quod in Hungaricum transtulit, ut testatum profatur. Sunt qui dicunt Apafium ante obitum factum fuisse Pontificium, sicut Zvittingerus & alii: Sed falsissimum ac pontificia furiosissima mente excogitatum esse experientia nos edocuit quam plenissimè.

§. 192. Apafio ita evecto, Cæsareanorum Dux, Mansfeldius quidem Procerum studia diversa, dum alii Apafio adhærebant, passus Kemenyio exercitum Germanicum fame, inopiâ, multisque itineribus confectum, intra fines Hungariæ reducit, mille circiter peditibus Kemenyio in Pristidio relictis, qui post discessum Commilitonum in Limitibus Framos,

Regno

Regno Hungariæ contigui, cum Stipendiarij sui Regnicolis coorte in quarterij Zarebat. Discessu Cæsareanorum cognito Ali Bassa, novo Framid Tributo Zehellyidis, ut Appafium portatur; qui vero naturæ munimentis sibi Duce Petrio jussa aperte detrectant, sed cum extremo fere Nationis suæ exitio, licet diu bimis viribus Turcas repellerent. Victoriæ tamen nonnullorum factum, ut Mense Octobr. Hostium vim sustinere non potuerint; irrumpentibus igitur per Claustra Sinuliae Turcis, pauci supererant, qui rabiem & ferrum Turcarum effugerent. Kemenyio interea vehementer dolente, quod tanta moli impar Cienbis succurrere non posset.

§. 193. His ita peractis, circa finem Anni Kis Selymus Comitia indixit Appafij, ubi confecto ritu Sanctus jusjurandum præstat, reciprocumq; Principis Homagium ab ij accipit, quod Sultanus nondum fuerat factum. Ali-Bassa interea versus Temesvár in Hibernacula exercitum deduxerat, relicti Duobus circiter millibus Appafio in præsidium; quibus Princeps Meggesinum se confert, ibidem Hibernaturus. Kemeny interea tam de absentia Turcarum quam præsentia Appafij in Urbe Meggesia

edoctus, sub initium Anni 1672. die 3. Januar. adsumtis in auxilium aliquot Cæsareanorum Militis, novam irruptionem tentat, Appafio interea Boesburgum se recipiente, quibus compertis Kemeny nulla habita ratione tempestatis Anni, Franciam intrat, Appafium obsidet, sed irrito conatu. Nam cum Bal expeditione distincte esset, eo anni tempore obsidionem inferre, ecce Turcæ Appafio succurrunt, castra gre Kemenyii 23. Januarij adeuntur; eqridem primo congressu Germanica copia Boreyforciter deprimebant; Cum vero Hungari Signis fugam arriperent, Turcæ victoriam reportant; ipse Kemeny prostrgvam fortiter pugnasset, equi lapsu à suis obtritus, nec ejus corpus ingbam inventum est, ita plerisq; Historici. Ego vero ex codice quodam manuscripto Empsolam Diem 1672. exaratam reperi, in qua scribitur Kemenyium vulneratum et schianinum à Turcis captum, mox decollatum, Corpusq; in quatuor partes secatum & in diversas Framid plagas missum esse.

§. 194.

§. 194. Quicquid sit, derelictæ turpiter à Sociis Germanorum Copiæ, sibi quoque fuga consulerunt, et relicto in prædam omni bellico apparatu, in ea loca, quæ præsidiis Cæsareani tenebant, sese recipiunt. Bethlenius l. 3. Sectio 18. Diarium Europæ ad 7. locum.

§. 195. Æmulo sic e medio sublato, Apafius Literas ad Præfectos Urbium ac Arcium, quæ Præsidio Germanico tenebantur emittebat, eosque hortatur, ut Legitimo Principi se submitterent. insuper etiam per Legatos Imperatorem Leopoldum implorat, ut præsidia sua ex Tranniâ abduci jubeat, ne Turcis nova præbeatur ansa reliquias adflictissimæ Provinciæ penitus evertendi: cum vero sine fructu Legatus rediisset, nec interea post fata Kemenyii asseclæ contrariam promovere causam intermitterent, Kusuk-Bassa nomine Sultani Apafio imperat, ut fortalitia præsidiis Germanorum occupata, vi & obsidione adgrediatur. Fogaras, Deva, et alia Loca sese dedunt. Szatomár vero, Kövár, Szamos Ujvár Claudiopolis obsidionem exspectant. Claudiopolis primum obsid.

obsidetur, sed irrito conatu, Davide Reitmo Germanorum Generali Urbem defendente, donec Generalis Seineidam obsessis succurret, Turcas obsidentes eo adigeret, ut sublatis castris versus Tordam diffugerent. Diarium Europæ. Atque sic regressi Turcæ Tranniam plusquam Tirannici expilabant. Bethlenius L. 4. Proinde Apafius missis ad Sultanum crebris Literis & Legatis, de extremo Provinciæ interitu, mandata fiunt ad Bassam, ut pedem ex Provincia reciperet, qui tamen prætextu Belli, in Hungariam regredi abnuit, nisi Apafius contracto Exercitu Turcis sese junxisset ad bellum Hungariæ inferendum, id quod etiam eventu caruit. Ortelius ad h. Ann. Postquam Kussuk-Bassa à primo Vezerio in Hungariam evocaretur, quo etiam sese recepit, postquam rapinis cædibusque Provinciam denuo vastasset. Bethl. L. 4.

§. 196. Mense Novembri supradictis in Arcibus Locisque ob dilata Stipendia Milites rebellabant, ejectisque Cæsareanis Officialibus Apafio sese committebant, quorum exemplum Claudiopolitani sequebantur sub initium 1664. & quidem ex eadem ratione: Lege in Diar. Europ.

§. 197.

§. 197. Eodem Hoc Aº insegvebatur pax inter Turcas & Romanum Imperatorem, inter cujus Conditiones prima Transylvaniam spectabat, grã cautum erat, ut omnes ad Dane Provinciam spectantes arces & portalitia per Dñi Cæsareis infessa Apafio restituantur, Incolis in pristinum statum restitutis. Vide Scriptores superaº.

§. 198. Inscura hac pace, miseris svogz Transylvanis post tot tanta sgz Carnuas Dallyona a DEO sunt concessa; Sine nihil memorabile segventi Decennio reperi, nisi qvod Aº 1674. Dionisius Banffi Conspirationis suspitionem inviderit, qvã de re segventia adnotata legi:

Dionisius Banffi Transylvanorum potentissimus, Astimio Principis, et Legationibus ad Leopoldum saepius feliciter usus, incidit vero in invidiam plurimorum Magnatum, maxime Paull. Delejgvi in Haromszék dominabatur, hic pertractis in suam partem multis Nobilibus Principatum adfectabat, cum vero Banffium sibi adversari sentiret, falsis testimoniis cum Delei apud Principem instimulabat, qvod in suo ipse sinu fovebat. Banffius interea in Nupcias cujusdam Magnatis nomine Vitez profectus erat in pagum Koppan, non lita procul à Claudiopoli, qvossum Princeps Copias misit.

Supp

Supellectilem Banffii dirripi curat, cui attentato strenue se opponebat Banffius; victus tamen a multitudine Claudiopolim se recepit, cujus Cottus Supremus Comes erat, ibidem Innocentio suo confisus, rerum exitum prolabatur, via enim Claudiopolim advolaverat, et ecce Principis Commissarii citò adsunt, Banffiumqz captum cum Uxore & unico filio, in Arcem Bethlen deferunt; dum interea Proceres nonnulli omnia in exitum Banffii machinabantur, eum e medio tollunt segvenis modo.

§. 199. Paullus Béleÿ, Principem in convivium invitabat, cui et segvaces Béleÿ intererant, hic, Principi dicta Banffii scelera rerum proponunt, varijsqz argumentis Principem perspadent, ut Banffium e medio tollere juberet, mittitur igitur Comes Gabriel Páki, qvi in Arcem Bethlen medià nocte advenit, brevi qz feralem Sententiam his verbis significat: Magnifice Domine! adest hora mortis tuæ. Hõ terribili Nuncio auspto, Uxori filioqz valedicens, Spatium dimidiæ horæ, qvod supererat Æternitati consecratus transegit; qvibus peractis in Porticum concessit, ubi a Satellite Páki vix decem ictibus

confodit

confoditur, eqvidem Principissa refutatis qvæ adversarii Banfii proferebant argumentis, contrarium Principi mandatum extorsit, & celeri Legato Lras cum Gratia Bethlenium transmisit; sed dum Legatus ille portam pulsaret Banfius jam perierat. Uxor fidissima Banfii inedia sese confecit, post inopinatum enim cari Consortis interitum nihil aliud comedit, qvam Hebdomadatim duo ova gallinacea, adjunctis pane & aqva.

§. 200. Principe tam fideli Achate orbato, Beldius virus suum in medium effudit, Principem Tirannidis accusans, postqvam etiam Siculos in suam partem adtraxisset, plurimosqy Magnates inescasset, Legatum in portam Ottomanicam mittebat, insimulans Principem multorum facinorum reum, & facti cum Imperatore Romano foederis contra Turcas, adeoqy sibi Principatum expostulabat, sed sine successu. Turcæ enim Literis Béldy ad Apafium remissis, conjurationem detegunt, qvi illico rebelles adgreditur fundit fugatqy, plurimos capit, arces & munimenta eorum eorum expugnat, Sology æqvat, qvibus factum ut

Beldius

Béldius & Tsákius aliqy rebelles fuga Constantinopolim sese reciperent, ubi ne qvidem auditi, statim in custodiam septem Turrium conjiciuntur, & ad mortem usqy detinentur, soli Tsakio Libertatem adepto. Dum interea Andreas Kapi, in Trannia captus, & in arcem Deva conjectus esset, ubi à vermibus perüt, reliquis confiscatione bonorum vita concessa est. Bethlen. videndus.

§. 201. Ao 1675. Princeps Apafius expeditionem suscepit contra Cæsarem in Hungariam, postqvam irrito conatu à Cæsare postulasset, Kálló, Kathmár & Tokaium jure devolutionis à Principe Rákotzio ad Tranniam spectantia Loca, qvâ expeditione copias Cæsaris, sub Duce Spankan fudit fugatqve; dum Kathmarium obsidet, Iyeme apropinqvante infectâ re in Tranniam rediit. Ao Annum vero 1676 (Calendarium testatur) Schoesburgum & alia Loca Sicariorum manu igne sunt Consumta. Coronae interim Peste grassante. Ao 1677. in Arce Munkats Franciscus Rákotzi ~ Georgii II. filius, Iodierni Principis Pater obiit, Teste Kentivanyi ad Ia.

§. 202.

§. 202. Sequentibus aliquot annis ad Am. 1685. nihil memorabile in rebus Transmicis reperio. Dum vero interea Hungri cum Cæsare belligerarent, dicto Anno Turcæ etiam bello illi implicantur, Apafius inquit Hoc Ao Mandata Sultani accipit, ut contracto exercitu Hungram invadat, ad suppetias Hungaris ferendas, quod & fecit, publicato primum per Provinciam & Hungariæ fines manifesto, quibus caussas expeditionis & armorum prolixius exponit, ante vero quam viæ se accingeret, elegi per Status Principem Successorem Filium fecit Michaëlem, quintum tunc Ætatis annum agentem, quem adjunctis sex Consiliariis in Transmia derelinquit. Ipse cum exercitu 20000 Hungariam intrat, primoque impetu Kallöium, & aliquot Loca in finibus Hungræ occupat. Theatrum Europ. ad 7. annum.

§. 203. Annis sequentibus 1682–83. Turcarum mandato obtemperaturus, Turcis cum aliquot millibus se se jungit Princeps. Dum interea Turci à Viennensi obsidione 1683. fortiter rejecti essent, junior etiam Apafi A. 1684. à Sultano Princeps confirmatur. Rebus sic

currentibus Transmia 1685. novas experitur fortunæ vicissitudines; Turcis enim ex Hungaria ubique ejectis, Cæsareanus miles Hostes fugientes ubique prosequens, usque in fines Transilvaniæ Hoc Ao pervenit, ibique Hybernavit. Rebus sic stantibus Apafius, tempori inserviens, Legatos Viennam mittit, qui sub initium 1686. mense Junio, certis conditionibus de Securitate Transmiæ cum Cæsare transigunt, quibus inter alia Apafius in Principatu confirmatur, filiique electio rati habetur. Lege in Histr. Diplomatica sub Lris A. & B. Atque sic Transmia omnis Leopoldo se se submittebat, ita tamen ut Principis Dignitas, & Statuum Privilegia interea manerent. Ao 1688. Transmiam intrabat Comes Antonius Karaffa, Hybernorum negotia curaturus, simulque postulans ut Princeps, non solum Protectioni Portæ Ottomanicæ renunciaret, sed & pateretur Præsidia in Loca munitiora imponere, quod & factum. Histr. Dipplm.

§. 204. Eodem hoc anno, eademque occasione Coronæ nefarius Sutorum aliquorum globus, Judice & Senatoribus gradu depulsis,

arma adversus Cæsareanos induunt, vix autem Cæsareani Duce Veteranio Arcem injecto igne tentaverant, et ecce miseri Homines expositis vexillis albis pacem petunt, eamque sat ignominiosam consequuntur, Mense Julio, depositis enim armis, judicio Statuum se submittere debuere, ex cujus decreto brevi post septem antesignavi in Foro Coronensi capite plexi 12. quorum capita ad portam Castelli, et unius in foro Omfdon Pojugotz est impositum. Annus 1689. fatalis erat Coronensibus quippe quorum 21. Aprilis cum maxima Suburbiorum parte igne deleta est. Causam, alii subornatis à Tökölio Sicariis, alii ipsis Cæsareanis adscripserunt; rumor enim tunc fuit Coronensibus obsidione arcis durante occidisse nonnullos e præcipuis Cæsareanor. Hæc dum ita fiunt, gravi morbo decumbebat Apafius, qui eum, Ao 1690. 13. Aprilis durantibus Comitiis sustulit anno Ætatis secundum alios 58. Sed forte verius 68. Principem ut supr. pium &c.

§. 205. Aliquid jam addimus de conjuge Anna Bornemisza, ea circa 1686. membrorum contractione, magnaque animi perturbatione laborabat, cujus mali causa Sagarum attribuebatur artibus, Tunc in Sagas inquisitio instituta

est,

est, feralesque flammæ in Universa Transilvania sæpe etiam innocentes consumebant, in cujus rei suspicionem venit etiam Beldii Vidua, tanquam Coryphea, quod ex ore ejus aliquando auditum esset, se idem aliquando quovis modo Principissam futuram. Hinc in arce Deva Carceribus inclusa inter spem & metum mortua est. Interim Principis Uxor omnes muscas Sagas esse ajebat, quas perinde nulla ratione pati poterat. Quascunque igitur Ædes ingredi vellet Principissa statim subolfacere potuit, Tunc semper novæ mensæ, mappæ, orbes, cultri, cochlearia linteis albis involuta ad manus aulicis esse debebant. De cetero, relatum Tabeo foeminam tanc impotentis animi fuisse superbam, imperiosam, & mirum in modum prodigam.

XVII. MICHAËL APAFI II. ab Ao 1690 ad Annum 1697.

§. 206. Demortuo itaque Apafio Seniore, Proceres in diversa consilia abibant, pars sine ambitu homagium novo Principi præstandum esse adfirmabat, alii vero dispositionem de Principe Successuro ab Imperatore Leopoldo præstolandum esse existimabant. Erant enim

nonnulli

nonnulli, qui pertæsi Imperii Germanici, in Emericum Tököly Comitem ex Hungaria oriundum, Sacrorum ob Religionis persecutionem in Transilvania exulem, Ipsum Sultanus Principem denominaverat: / clandestino fere bantur favore; interim tamen media Sententia obtinuit.

§. 207. Haec cum apud Transilvanos agunt, Comes Tököly, Turcarum auxilio fretus, Provinciam sibi subjicere tentabat, cui occurrere stanebat Cæsareanorum Dux Heusserus, Sed sine felici eventu. Dum enim Tököli per Alpium invia, petrarumq; crepidines Cæsareanos circumvenisset, die 22. Augusti, in Locum angustissimo eos adgreditur: Decertatum quidem est ad Lacum Marae satis diu, ubi vero Siculi a multitudine circumventi in fugam se darent, ad partes Tökölya victoria inclinavit. Provincialium Copiarum Dux Michaël Teleki, Tottis Tökölyi infensissimus, eo quod Tököli Filiam Telekii, Baronis Joannis Klemeny Viduam, in matrimonium ducere detrectasset, Bojarus Valachiæ quondam nomine Dallasca, Valligq; militum Praefecti occisi sunt. Et

Gra-

Generalis Heusserus, Marchio Badensis cum multis aliis captus fuit, amisso omni exercitu bellico apparatu.

§. 208. Victoria deportata Tökölyi, ubi Varciam ingreditur, ibi facile militem Cæsareanum trepidantem & timidum Coronâ ejicere potuisset si victoriâ uti scivisset, primoq; impetu Urbem aggressus fuisset. Memini ego Juvenis ad hæc me, ex amicorum confabulationibus audivisse Tökölyum clandestinas Literas ad Civitatis hujus Judicem, Michaëlem Filstich exaravisse, quibus de statu Cæsareanorum certus esse voluit, ei vero pro fide & constantia qui Romano Imperatori juraverat respondisse dicebatur, quod Tökölyus ab Urbe sibi abstineret, nisi magnum periculum subire vellet, Urbem enim ejus ad arcem ingenti Cæsareanorum teneri præsidio.

§. 209. Relicta hoc modo Varcia, per Saltum Fejeretensem versus Cibinium cum Exercitu movebat, ubi eos quos faventes sibi esse noverat per Literas evocabat, & Comitia in pago Porsáu celebrare jubet, a quibus solemni ratione in Principem eligitur, religiosi constantes in fide Cæsarij Proceres, Legatos ad Cæsarem mittit

mittunt, res gestas denunciant, Confirmationis diploma pro adolescente Principe petunt, & ut Cæsar Provinciæ succurrat, petunt. Imperator hoc nuncio accepto respondet se nonnisi propter ætatem adhuc iuvenilem Apafii confirmationem procrastinare, quippe quae Principem adhuc ab aliis regendum (: erat enim sub Tutoribus adhuc :) ~ Georgio Bausi Gubernatore, Gregorio Bethlen Copiar. Vigili, Nicolao Bethlen Cancellario &c. Provinciæ præficere non potest. De cetero libertates sacras & profanas confirmatum iri certo credant. Suppetias vero quod attinet, datum jam est Ludovico Badensi Margrafio in mandatis, ut Provinciæ cum valido exercitu succurrat, id quod et factum. Postquam enim Copias conjunxisset Badensis per portam ferream Provinciam ingreditur, id quod Petrocius assecla Tökölÿ impedire non potuit. Die 24. Septembr. Vallem Hatheg Ludovicus transit, sine mora Sabesum ingreditur, Tökölium interiora Trannniæ tenentem sæpe ad Pugnam provocat, verum is nuspiam consistere, Proeliique fortunam

experi

experiri ausus, Universam Provinciam pervagatur, insistente semper vestigiis ejus Ludovicô, usquedum circa finem Octobris Trannnta relicta, in Valachiam se reciperet. Badensis interea postquam aditus & Urbes præsidiis satis muniisset, Trannniam Comiti Friderico Veterani, optimo & prudenti Præfecto administrandam reliquit, ipse Viennam reversus.

§. 210. Sequenti 1691. Tökölyi variis incursionibus Trannniam infestat, eamque capessendam tentat, sed irrito Successu, propter vigilantiam Friderici Veterani Generalis. Interea dum Provinciales iteratis vicibus in aula Cæsaris supplicant pro confirmatione Apafii, tandem Diploma illud 1692. obtentum est. Vide Historiam Diplomaticam Hungariæ.

Vigore cujus Apafius equidem confirmatur spe Successionis, sed cum is annum XX. qui ex Legum observantia ad suscipiendum Regnum requirebatur, nondum implevisset. Imperator ere Trannorum judicavit futurum Regni Gubernium instituere, ordinem scilicet Consiliariorum Principis minorennis, qui commissam Regni administrationem Virtutibus Apafium in spem futuræ Successionis necessariis

imbuere

imbuerent, qui novus administrandi Provinciam modus, die 9. Aprilis, in consessu Statuum trium nationum introductus est. Plura de hac re infra.

§. 211. Ao 1694. Mense Februario, Tartari Siciliam invadunt, caedibus ac rapinis eandem devastantes. Eodem hoc Ao in aula Caesaris consultabatur, de Uxore Germana Apafio adjungenda, quo fine Princeps in Aulam evocatus est, verum placuit magis Catharina Georgii Bethlen Consiliarii Filia; quo tamen matrimonio omnem existimationem, non solum apud Imperatorem, sed tam apud exteros Principes immaculavit. Tanta enim ferebat nunc Imperatorem, non solum inde ex filiabus Principi jungere voluisse, sed & confirmationem plenariam tunc in vado fuisse. Hinc quam primum Viennam appulisset, tam citto dimissus fuit &c.

§. 212. Ao 1695. 5a Octobris periit in proelio ad Lugos Generalis Veterani, cui Comes Rabutin successit, natione Gallus. Hinc 1709. Georgius Fridericus Baro Krihpaum, quem sequenti Anno excepit Stephanus Comes à Steinville Lotharingius, ego

A. 1720

A. 1720. demortuo. Sequenti anno Damianus Hugo S. R. I. Comes de Virmond. Hic 1722. mortuus, 1723. successit Lotharius Josephus S. R. I. Comes de Cenigseg, isto anno Legatus in aulam Hispanicam missus. Successit 1726. Joannes Carolus, Comes de Tige, qui obiit 1729. Successore illi dato 1730. Francisco Paulo Comite de Wallis, cui 1737 mortuo, Princeps Lobkowitz successit, interea Transilvania sub potestatem Imperatoris plene redacta fuit, postquam 1696. Apafius in Aulam Caesaris, quo solus venit, relicta domi Conjuge, ibique morari coactus est, quamdiu in vivis superesset, ut sequenti Sectione plura dicentur.

Sectio 2.

De Statu Transilvaniae sub Domo Austriaca ab Anno 1697.

§. 213. Ordimur novam hanc Periodum, & quidem ex ratione, quod hactenus quidem Apafius pro Principe habitus fuerit, hoc vero Anno Vienna jam constitutus resignare debuerit Transilvaniam, sub certis conditionibus, quas statim audiemus. Ex eo igitur tempore, in plenam

Imper-

Imperatoris redacta est pacis ratem, qvare Sultano in Asiam fugiens Cæsaris propositio facta est, qvod ut ad pacem cum Turcis Principatu abstineat. Assurarit Diploma Turcicum sibi de Principatu datum Cæsari extradat, pro acquisitis bonis paternis, alia in Ditionibus Cæsaris accipiat, 120000 florenor pensionem habeat. Titulum S. R. I. Principis obtineat, in sua religione, ubicunqz in Ditionibus Cæsaris, sed cum præsertim Aulæ Domicilio electo libere vivat, pace tandem cum Turcis facta, ad hæc plura obtenturus: egvidem bonus Princeps singula illa deprecabatur, & cumprimis abstinentiam a Latio Solo, innocentiam suam debite declarans, resolutionem vero ad propsita aliqvandiu suspendens; ast irrito conatu; respondebatur enim illi, ista omnia non sua culpa, sed publici boni caussa tantum fieri, imò respectu ipsiusmet Securitatis & Salutis.

§. 214. Interim Ao 1699. sit pax Carlovitzensis cum Turcis, degente adhuc Viennæ Asparuh, qvâ auditâ Asparuh, singula aulæ proposita in mentem revocat, sed sine omni successu. Necessitate enim cogente Diploma Turcicum Cæsari

Cæsari tradit, Viennæqz nondum impletis Conditionibus detinetur; atqz ipse ibidem basit mgloriny, et instar hominis privati ad a. 1713. qvo die 1. Februarii vitæ miseræ & splendidæ finem fecit. Interea & Uxor abiit Viennam, ibiqz 1725. mense Januarij obiit. Atqve ex eo tempore Imperator et Titulum Hæreditarii Principis Transilvaniæ assumsit, ut videre est in nummis ejus.

§. 215. Nunc porrò, qvæ ab Ao 1697. ad hunc tempus in Transilvania gesta sunt commemorandæ veniunt, et id qvidem eo majori necessitate, qvo istud intervallum in nostram ætatem incurrit; verum cum mihi extra Patriam, de patrio scribenti parum & nis constet, earum rerum Lectores in Transiviam ipsam ablegamus.

Non semper una eademqz fuit Status Politicus in Republica Nostra. Aliter enim cessit sub Dacis. Aliter sub Romanis. Aliter sub Gepidis. Aliter sub Hunnis, sub Regibus & Principibus. Ex ordine.

LIBER IV. POLITICUS.

Caput. 1. De Statu Politico sub Gothis seu Dacis.

§. 216. Apud antiqvos Dacos regium fuisse Statum

Statum docent nomina Regum. Repete quæ supra dicta sunt in Zane rem, Catalogum vero Regum, inter Getas regnantium, in tanta obscuritate nemo definierit. Joannes equidem Magnus, aliiqve Scriptores Historiæ Svecæ pepenerunt Catalogum Regum Getharum, in Asia Daciæqve finibus degentium, sed sine omni certitudine. De gentibus nullum est dubium, eos supra commemoravimus. Strabo meminit Præfecturæ inter Getas, unde colligi potest Regnum Getharum in Præfecturas fuisse divisum, ut melius administrari posset.

§. 217. Ceterum omnium Barbarorum fortissimus fuisse Getas, ingentia bella, intra & extra natale Solum gesta satis testantur. Imo expresse de eis testantur Herodotus L. 4. Ovidius, qui apud eos exulavit, vocat eos verissimam Martis imaginem, de Ponto L. 5. El. 8. adeoqve ad belligerandum a natura factos, alacres, robore corporis validi, Staturæ proceritate ardui, ut confirmant Simulacra Corporum in Columna Trajani Numæ adhuc Sodie superstite.

§. 218. De armatura eorum & ratione belligerandi, edocemur in rerum ab illis gestarum Scriptoribus, idqve ex veteribus in unum

collegit Lazius, de migratione Gentium pagina 548. v. 46. ex Monumentis Antiquissimis. Doct. Gvorzius armaturæ Germanæ expressit in tabulis. Hist. Getharum Amstelod. 1655. Procopius L. II. Statius l. II.

§. 219. Ceterum in victu & amictu Sobrii & simplices, major pars eorum in Lacte & butyro caseoqve vivebat, Vino et μεθυστικοις a Deorum Retinebant. Pedes perone ferreo usqve ad tales vinciebant. Sidonius Apollinaris in Epistola ad Domitianum L. IV. Capitis extra Castra capitibus incedebant. Procopius L. II. Linguam Getticam fuisse, Linguam Celticam, seu Germanicam veterem supra jam diximus.

Caput 2.
De Statu Politico sub Romanis.

§. 220. Dictum est supra Daciam a Romanis subactam, et in Provinciam Romanam redactam fuisse. Diximus etiam ibidem, qvomodo Romani Daciam in tres partes divisserint, ad eam eo melius administrandam. Hic igitur ea repetere necesse non est.

Caput 3.

De Statu Politico post restaurationem Regni Gotzici.

§. 221. Commemoratum quoque supra est, denudato, Limite Dacico per Amelium Imperatorem, Gethas seu Dacos in pristinum Statum Libertatis sese vindicasse, quo temporis intervallo Gepidæ in Transilvania, quæ ac Gotzi in Pannonia suos Reges habuerunt, usquidum a Longobardis victi Reges pariter ac regnum amitterent, qua de re supra actum est; igitur huc spectantia exinde repeti ac inferri debent.

Caput 4.

De Statu Politico sub Hunniis, Regibus Hungariæ, Principibus & Domo Austriaca.

§. 222. Diximus suo loco post Hunnorum ingressum, et Daciam potestati eorum fuisse subjectam. Diximus etiam ibidem Gyulam, Stephani Regis avunculum Transilvaniam tenuisse sibi subjectam; dum vero is variis hostilitatibus Stephanum lacesseret, evenit quod Steph. Rex Hungariæ interea sit factus, armata manu adgreditur Gyulam, quo devicto Transilvania

Hungr.

Hungariæ fuit adjuncta, ejusque pars mansit usque ad annum 1526. Ludovici Regis emortualem.

2º Sub Regibus Hungariæ.

§. 223. Devictô ut prædiximus Gyulâ, Transilvania omnis cessit Stephano Regi; Summam vero Rei administrabant Vajvodæ i. Regis Locumtenentes, quorum nomina 1. Gyula. 2. Zoltan. 3. Aristaldus vel forte Arpadus. 4. Stephani Belæ filius, circa 1268. imo circa 1263. Stephani Belæ IV. filius, divisum cum patre tenuit regnum, pertinuitque ad sui portionem Transilvania. 5. Matheus, Comes de Zolnok, circa 1278. 6. Ladislaus. 7. Thomas Comes de Zolnok circa 1272. 8. Andreas Bausa. 9. Nicolaus Kont. 10. Steph. Laurentius. 11. Nicolaus Layk. 12. Ladislaus. 13. Franciscus, circa 1395. 14. Stephanus de Csaki. 15. Steph. de Lozontz. 16. Straborius Polonus. 17. Steph. de Csaki. 18. Steph. de Kanisü. 19. Joannes Hunniades. 20. Emericus Pelasius obiit 1448. 21. Nicolaus Ujlaki 1451. 22. Dominicus Bethlen. 23. Joannes Comes de L. György 1459. 24. Nicolaus Hupor 1473. 25. Nicolaus de Ujlak. 26. Steph. Bathori, obiit 1494. 27. Franciscus de Vandya.

28.

28. Bartholomeus Drahfi. 29. Steph. Losontzi. 30. Petrus Comes de K. György. 31. Joann. de Zapolya A. 1516. 32. Petrus Zereni 1526. 33. Emeri. Zibah. 34. Steph. Majlati & Emer. Balassa. 35. Georgius Martinusius. 36. Andreas Bathori. 37. Steph. Dobo, & Franc. Kendi. 38. Steph. Bathori de Somlyo. Equidem et sub Principibus nomen Gubernatoris in usu fuit, sed alio significatu quam sub Regibus.

§. 224. Atque penes Jos. Locumtenentes, administratio Transilvaniae mansit, quamdiu adjuncta esset Coronae Hungariae; ubi tamen Saxones vi Diplomatis Regis Andreae ab omni judicio & imperio Vajvodali fuerunt exempti, ut infra dicemus. Ut autem ratio Status Politici eo melius innotescat, agemus

a. De Regum Hungariae potestate.
b. De Vajvodarum auctoritate.
c. De Nationibus Trunae, quae Ordines Regni effic.
d. De Re Militari.
e. De Re Monetaria.
f. De Legibus & Judiciis publicis.

§. 225. Quod ad primum attinet. Ex Jure publico

publico Regni Hungariae constat, pro diversitate temporum variatam fuisse potestatem Regum; sub ingressibus ex Asia in Europam penes Capitaneos Summa rerum erat; quod si vero de formula regiminis edoceri aveas, id capies ex Scriptoribus exteris, & circumstantiis certissimis petes Eam fuisse Democraticam, i. non Regum aut Principum, sed capitaneorum ex Populo delectorum directorio fuisse administratam, uno interim prae aliis rectore, ad lites componendas, poenasque infligendas unanimis Populi consensu constitutio. Decret. Tripart. Par. 1a Tit. 3. Qualis Supremus Capitaneus fuit Ladar, qui et reliquos Capitaneos creare, & deponere si vellet posset, si vera sint quae narrat Turoczius in Chronologia.

§. 226. Atque is Status juris publici mansit ad Attillam usque, qui communi Sententia quidem electus est, sed ex rebus praeclare gestis majorem sibi Dominatum videtur acquisivisse, quam alii ante se Capitanei, imo nec regio nomine caruit, ut evincere conatur, Otrokotsius in Origine Hungaror. Part. 1. pag. 103. vide.

§. 227. Mortuo Attilla, cum inter filios ejus plures, magna nasceretur contentio, ipsaque

Hunnor

Hunnorum gens in partes scinderetur, versam quoque fuisse regiminis formam in Aristocraticam ex eo colligimus; quod sub altero Hunnorum ingressu, antesignavos illorum, non Reges, sed Choganos dictos legamus; nisi cum Otrokotsio l. c. pag. 169. dicimus vocem Chagam, (quam Hunni ex Turcica vel Persica lingua mutuarunt:) idem notasse, ac Magnus Rex. Quicquid sit Chaganorum regimen duravit usque ad tertium ingressum, a cujus tempore Democraticum fuisse Statum, ad Toxi usque tempora. Dicit Turocius l. c. Toxus enim ejusque filius Teysa Duces tantum Hunnor. dicuntur.

§. 228. Stephanus + vero Teysae filius primus fuit, qui ex Ducali dignitate in regium Solium evectus est. Ab Hungarorum fide Xtianâ jam imbutis perinde Regia regiminis forma ex Monarchica fuit introducta: ita tamen ut Rex interrogato Populo constitutiones faceret. Decreti Tripart. Part. 1ae Tit. 3.

§. 229. Haec Monarchica Regiminis forma mansit tamdiu ad tempora Andreae II. qui potestati suae multum detraxit, cedendo ipsis Nobilibus & Regnicolis multa magnaque privi-

privilegia, inter quae maxime notandum Decretum de A. 1221. quod legas in Constitutionibus Regni Hungariae, forte ea causa, quod suorum fideli opera usus esset in Expeditione, quam brevi ante susceperat in Palestinam. Vid. Decretum.

§. 230. Viguerunt tandem illa Privilegia Hungarorum & Regnicolarum usque ad tempora Regum, ex Domo Austriaca, ex quo tempore ipsorum Procerum culpa libertas Hungaror. imminui coepit; dum Ao 1687. Aula Caesarea occasione Coronationis Josephi in Regem Hungrae, eo rem deduceret, ut Andreani Diplomatis Articulus XIII. annihilaretur, quo ipso & basis Libertatis Hungrae caruit. Histr. Dipl. Hung. ad ann. citt. Atque ex his judicium fieri potest & de potestate Regum in Transilvania Hungaror. &c.

b. De Vajvodarum auctoritate.

§. 231. Ad 2dum ex Potestatem Vajvodalem. Cum in tanta obscuritate a nobis nihil certi dici possit, conjectura utendum est, cui si locus est dicimus, praefectos illos aliam non habuisse potestatem, quam quae Gubernatoribus Provinciae competere solet. An vero hi Praefecti sua auctoritate, saepe fuerint abusi? Dubitare nos non sinunt exempla quae nobis in Historia subinde obvenerunt. Interea Vajvodis Transilvaniae magna superfuit dignatio.

Post

Post Banum enim Regni Croatiae, primum inter Magnates Hungrae habuerunt Locum.

C. De Statibus Regni Tranniae.

§. 232. Quod 3tium att. Quod si Incolas Tranniae respexeris, sunt duorum generum ∴ Cives & Advenae. In priori Classe sunt tres Nationes Status & Ordines Regni constituentes ∴ Hungaros, Siculos & Saxones. Reliqui, ut: Valachi, Armenii, Graeci, Syrbi, & Zingari vel subditi sunt, vel Servi, vel advenae Possessionatorum, prout cum Fundi Domino illis convenire licuit in fundo degunt.

De Singulis nunc.

§. 233. (α.) Hungaros quod attinet. Iis tanquam prioribus in Transilvania semper praeeminentia competiit, & a Ludovici Regis interitu, Dignitas Principalis semper haesit penes hanc Gentem. Natio Hungarica distinguitur in Nobiles (: qui sunt Comites vel Barones :) vel Nobiles simpliciter ita dictos; & Iobbagiones, a voce Germanica Tochbar ∴ Servilis; Iobbagiones enim re ipsa Servos natura quasi Etibrigon esse evicit. Surocius l. c. 17.

§. 234. Atque haec Natio suos distinctos Tractus habet, quos Comitatus vocant, in quibus deprehenduntur 1o Arces, Fogaras, Deva.

2o

2o Oppida, eaque praecipua; Enyed, Torda, Kolos, Kükillö. 3o Pagi infiniti numero.

§. 235. (β.) Quod Siculos att. Hi etiam peculiarem Tractum inhabitant. Quas vero Arces, Urbes, Pagos numerant Siculi mihi non constat; praecipua tamen loca sunt: Udvarhelly, Kézdi-Vásárhely, ~~Tsik~~, ~~Kur~~, Királyfalva, Illyefalva, Kenyörgy, Bereczk, Tsik Szereda. Haec quoque Natio aeque distinguitur in Nobiles & Iobbagiones. NB. Olim tenebantur Siculi Castra sequi, habebant proprium Comitem, cujus dignitas olim tanti fuit aestimata, ut ipsi etiam Principes non dubitarint cum tempore, se Comites Siculorum adpellare, ut in nummis patet.

§. 236. (γ.) Ad Saxones quod att. De Origine supra. Quod si vero hic quaeras, quando haec Natio in unum coaluerit? intrepide respondemus, hic nil certi posse adfirmari. Equidem forte haberemus documenta; nisi Principum aliquot insolentia, ut Sigismundi Bathori, Gabr. Bathori, irreparabili damno perdidissent. Quod si conjecturae locus est, non negaverim tempore Andreae Regis, vi & tenore Privilegii A. 1224. Saxonibus dati, hanc Nationem Status formam induisse, adeoque in unum Corpus Politicum coaluisse.

§. 237.

§. 237. Circa hanc Nationem Saxonicam jam considerabimus.

I. Statum Politicum.
II. Ecclesiasticum.
III. Scholasticum.
IV. Oeconomicum.

I°. Circa Statum Politicum considerabimus sequentia:

1° Sedes & Tractus Saxonum
2° Formam Regiminis.

1°. De Sedibus Saxonum supra fuse diximus. Hic addimus, quicquid Fundus Regius, seu Terra Saxonum complectitur, id Universitatem Saxonicalem Stilo Curiae vocamus, eaque respectu politico dividitur A. in Sedes. b. Civitates. c. Urbes, Denique & ad Pagos. &c.

A. Sedes sunt Grales v. Filiales. Grales sunt 7.

α. Schoesburgensis. Cujus caput est Schoesburgum. Pagos filiales seu adpertinentes numerat XIV.

β. Sabesiensis. Cujus caput est Szák Sebes, cum Pagis adpertinentibus, Kulling. Knichau, & pluribus aliis.

γ. Scheulensis. Caput est Oppidum Grossscheul in qua praeter duo Oppida Agnetzen & Tündertbülen pagi sunt plures.

δ. Reis

δ. Reismarkensis, ab Oppido Cognomine, & Pagis Obrze ünd.

ε. Rupensis. Caput Oppidum Rupes. Pagi sunt 8. Szazmundorf & alii &c.

ζ. Loschierebensis. ab Oppido Loschires.

η. Szaszvarasiensis, ab Oppido Cognomine. Vicos habet XI.

Hae sunt Sedes filiales

Filiales sunt Sedes, quae nulla Suffragia in Universitate habent, nec ad Comitia Regni invitantur, quales sunt duae Sedes ad Medium pertinentes, et duae Sedes Talmatsensis & Szelitsensis, quae origine tenus ad VII. Judices spectant.

b. §. 238. Civitates Universitatis quae att. sunt

(·). Cibinium. Metropolis totius fundi Saxonici, cum Pagis & Possessionibus egregiis.

(·). Corona. Caput Districtûs Barcensis, cum suis Oppidis & Vicis.

(·). Media, itidem cum Pagis.

(··). Districium. Caput Districtûs Districiensis, cum suis Oppidis & Pagis.

c. §. 239. Urbes & Oppida Pagique Saxonici, sed in fundo Nobilitatis jacentes, nec ideo ad Corpus Universitatis Saxonicae

spect

spectantes, ut Claudiopolis, Alba Carolina, Enyed, Torda, Kükülló, Fogaras, Vintz, Bethlen, Pagi praeterea plures.

2°. §. 240. Formam Regiminis quod att. de eâ signandum.

♀. Generaliter, quod Jorum Fundus Saxonicus pars est Principatûs, adeoque à Gubernatore totius Provinciae participat.

♀. Specialiter, quod illa Universitas Saxonica peculiari suo utitur Jure & gubernatione.

♀. Specialissimè, quod Urbes & Pagi illi gubernari solent. De puncto priori infra dicemus. Circa secundum Sequentia notamus. Quicquid Natio Saxonica in se complectitur, id una voce Universitas dicitur; loquimur vero Zic de Universitate Politica, quam constituunt septem dictae Sedes, & quatuor Civitates.

§. 241. Caput sive Sedes totius Universitatis est Com. Naonis sive Jud. Regius. Ubi notam

♀. Numerum Comitum.
♀. Originem.
♀. Electionem.
♀. Officium & Dignitatem.
♀. Salarium.

♀. Num

♀. Numerum Comitum ab Ao 1522. ad praesentem Statum dabit Sequens Catalogus.

Nomina.	Electus	Quietus
1. Marcus Pemphlingerus	1522	1536
2. Mathias Armbuster	1537	1539
3. Georgius Hutterus	1539	1543
4. Joannes Roses	1544	1556
5. Petrus Haller	1557	1565
6. Augustinus Henderik	1566	1576
7. Albertus Hutterus	1577	1606
8. Daniel Malmer	1608	1610
9. Colmannus Gottf. Meister	1618	1630
10. Valentinus Zerapsim	1634	1639
11. Michaël Agnetsler	1639	1645
12. Valentinus Franik	1645	1648
13. Joannes Lutsch	1649	1661
14. Andreas Fleischer	1662	1675
15. Mathias Semriger	1676	1681
16. Georgius Ambruster	1682	1684
17. Joannes Haupt	1685	1686
18. Valentinus Frank	1686	1697
19. Joannes Sachs	1702	1703
20. Petrus Veber	1704	1710

21 Andr.

	electi	quieti
21. Andreas Tentes	1710.	1730.
22. Samuel de Bausuem	1732.	1742.
23. Czekelius a Rosenfeld	1742.	

♀. Origo petenda est a temporibus Andreæ II. Regis; ut patet ex Diplomatibus.

♀. §. 242. Electio fit a tota Universitate per Sedium & Civitatum Ablegatos; confirmatione vero opus habuit olim Principum, Zodiæ Imperatoris, quam per Legatos expetere tenetur. Adeptæ confirmationis Signa sunt: Buzgány, Pladius & Vexillum, quæ electo & confirmato, cum Diplomate confirmationis, nomine Imperatoris per Gubernatorem offerunt, et quidem in Curia Cibiniensi, Præsentibus Senatoribus, et Centum-viris collatis Singulis, & Oratione habita, ab utroque Senatu inter abiegnas ordine expositas Arbores, & hinc inde constitutos armatos Cives, domum deducitur novus Comes, qui de hinc lauto Convivio, tam Delegatum Principis, quam Patres utriusque Ordinis excipere solet. Conditiones vero, quibus se jurejurando adstringere solet aut debet, vide apud Cibinienses.

NB.

♀. §. 243. Quod att. ad Dignitatem Comitis?

ea

ea magna est, & ad dies vitæ continuatur, nec caret eminenti satis auctoritate, inprimis, si in tale Subjectum cadat, quod illâ uti debite queat.

♀. §. 244. Quod att. Sallarium? illud Nobis non satis constat, credibile tamen est illud non exiguum esse. Hunc excipiunt Judices Sedium & Civitatum. Quod si itaque in negotio Universitatis aliquid decernendum sit, confluunt illi, in solitis Conventibus Cibinii superinstituendis; olim duos celebres conventus habuit hæc Universitas, i. circa festum S. Georgii & Catharinæ. Nunc non nisi circa festum S. Catharinæ. Pars convocans est Magistratus Cibiniensis, cujus Notarius Provincialis vocatur, qui nomine Regii Judicis Consulis Cibiniensis, & reliquar Sedium Judiciariarum Literas convocatorias expedit. Reliqua doceant vos, quorum talium rerum major est notitia.

§. 245. ♀. Specialissimam Regiminis formam dabo, quantum possum. Quælibet Sedes suum caput habet, i. Judicem Sedis, qui in præcipuo loco, a quo Sedes nomen habet residet, quibus vero partibus absolvantur illorum munera officia, domi addiscetis.

§. 246. Jam transimus ad Statum

Eccl.

II. Ecclesiasticus
III. Scholasticus
IIII. Oeconomicus

Ecclesiasticum pariter ac Scholasticum. Sed cum de iis diximus satis, & forte adnauseam in Dissertatione Nostra Cap. V. VI. &c. Hic non repetemus. Nihil etiam de Statu Oeconomico addo, cum vobis omnibus constent Civium nostrorum actiones Oeconomicae. Adjicimus Saltem aliquid

d. De re Militari.

Olim quidem omnes Nationes castra secutae sunt, ut supra meminimus, sed hodie alia rerum facies. &c.

e. De re Monetaria.

§. 247. Nunc de re Monetaria. Interim huc referimus rationes contribuendi. Prius quod att.ᵉ Respiciendum est ad tempora priora, dum sub Tutela Turcarum Tranniia consisteret, Census Turcicus ab initio ordinarie fuit aureorum 15000. Postea vero pro temporum ratione & favore Turcarum in Principes saepe mitigatus. Hunc censum Status nostri in puro auro vel argento Constantinopolim per Legatos transmiserunt ordinarie, ubi proprias aedes

habuêre

habuêre Transilvani; postea vero cum Caesareani ab Aº 1687. Tranniam ingressi sunt, eamque nunc possident, Contributio aliam induit faciem. Quantum paratis pecuniis, aliisque in natura rebus Exercitui Caesareano primis sex Mensibus pendere debuerint Nostri, Sequens Tabula docet.

Farinae Cubulos - - -	66000,
In Carne Centenarios - -	39600,
Dolia Vini quorumvis annor -	7000,
Avenae Cubulos - - -	120000,
Foeni Centenarios - - -	144000,
Straminis Manipulos - -	480000.

Subsidia Pecuniaria 7. terminis solvenda.

Termino	1º - - - -	75000,
	2º - - - -	150000,
	3º - - - -	125000,
	4º - - - -	100000,
	5º - - - -	100000,
	6º - - - -	100000,
	7º - - - -	50000,
Summa	- - -	700000.

§. 248.

§. 248. Ceterum Fraemia tota dividitur respectu Contributionis in quatuor Classes: Comitatus Hungar., Sedes Siculor., Fundus Saxonum & Loca Taxalia. De tribus jam supra satis diximus. Hic addimus Taxalia, ut sunt Fogaras, Alba-Julia, Claudiopolis, Maros Vásárhely, Vizakna, Abrug Banya &c. cum suis Tractibus, quibus adnumerantur Armeni, Graeci, Judaei passim habitantes.

§. 249. Tandem & de jure cudendi Monetarum. Olim jure cudendi monetarum utebantur Cibinium & Corona; non tamen sine speciali Principum consensu, imò nec in communem usum proferre illis suos nummos licuit. Hodie tota res monetaria Carolinam est translata, ubi & aurum & argentum & cuprum Imperatoris nomine signanter excuditur, ut notum est.

f. De Legibus & Judiciis.

§. 250. Jam tandem de Legibus & Judiciis addimus aliquid. De Legibus diversimode loquendum, quatenus quaedam universales sunt omnesque Incolas adstringunt. Aliae ipsis Nationibus sunt propriae. Priorem Classem ingredi-

ingrediuntur, Approbatae Constitutiones & Compilatae Regni Hungariae Scriptae & Hungaris favorabiles. Approbatae incipiunt a Gabriele Bethlen, & in Apafii I. temporibus desinunt. Compilatae sub Apafii regimine extractae sunt, has enim Nostri Saxones Legum loco habent, nisi vel ubi protestatio, vel exceptio in istis constitutionibus notata alior ipsos inflectat.

§. 251. Posteriori respectu loqui debemus. 1. Hungarorum in foris sequitur Jus Commune Regni Hungariae, quod est in Opere Tripartito Werbötzii. Processus coram Tabula judiciaria pertractantur, in Terminis ut vocant 8libus. Hinc appellatio patet ad faciem Pubernii, hinc in Aulam Caesaris. Inferiores autem Nobiles cum apud Comites, tum apud Judices Regios Comitatuum, (: quos Fö Birák Hungari vocant :) Actiones suas fere omnes prosequuntur. In Oppido tamen Dés & Hungari Saxonum instituta sequuntur. Observandum de Siculis, eosque Jus Commune Regni Hungariae sequi; licet quaedam Particularia habeant, ut videre est in Opere Tripartito Illustr. Verbötzii.

§. 252.

§. 252. Saxones quod att. Illi habent Jus proprium Statutorium, quod Compilatum est ex jure civili Romano Saxonico-Germanorum, aliisque Juribus. Prima fundamenta jecit Joannes Hutterus, qui Ao 1544. Compendium Juris composuit. Accesserunt Alberti Hutteri, Judicis Cibiniensis, & Joachimi Koch Consulis Medjesiensis, Accessiones, a Stephano Bathori Rege Poloniae 1583. confirmatae.

§. 253. Ante vero quam Saxones haec sua Statuta conderent, in Foris usi sunt Jure Consvetudinario, & vetusto aliquo Manuscripto, Leges Civitatis Norimbergensis complectente, quod adhuc hodie in Curia Cibiniensi adservatur, & in quod novi Senatores creati, impositis digitis jurant. Hi sunt Respectus Politici trium in Transilvania Nationum.

3. Sub Principibus Transilvaniae.

§. 254. Transilvaniam olim Regno Hungariae junctam fuisse supra diximus ad Annum 1526, Ludovici emortualem.

Primum

Primum vero de Separatione Transiliae a Corona Hungariae actum est A. 1535. quâ pax inter Ferdinandum & Joannem tentabatur, ac tandem 1539. concludebatur inter alias hac etiam conditione: Ut Joannes ad dies vitae Regio uteretur Titulo, Siquidem ducta Uxore masculam Prolem tulisset, illi Transilvania cum Titulo Principis cederet, defuncto tandem 1540. Joanne, postquam Praecedenti Ao Isabellam Regis Poloniae filiam in Uxorem duxisset, quae brevi ante obitum Mariti, Joannem Sigismundum Pepererat, Ferdinandus per Legatos Regnum Hungariae repetebat, postulabatque ut Isabella vi Pacti Regno cederet, & in Transilvaniam se se reciperet, quod & factum, ex quo Possessio Transiliae destituta esse coepit; Joannes enim Sigismundus, cum Matre Isabella regio nomine utebantur, quamdiu in vivis superessent, quo intervallo Clavem Reipublicae tenuisse Martinusium supra diximus. Joanne autem sine Prole defuncto, Ordines Regni liberis Suffragiis Principes sibi constituerunt, quorum ordinem & seriem jam supra dedimus.

Nunc

Nunc in Materia de Principibus, Seguentia momenta intuebimur.

1o. Electionem.
2o. Confirmationem.
3o. Potestatem, atq; Regalia, quo Sumptus spectant, & fiscales reditus.
4o. Insignia.

§. 255. Ad Electiones circa Principum factas quod attinet. Ut & hodie sunt a Statibus Regni Suffragiis Consiliariorum Intimorum, Magnatum Regiorum, sic & iam per Nobiles potiores, qui Consilii interesse tenebantur, & Deputatorum ex omnibus Comitatibus, Sedibus, & Civitatibus, collata per majora vota electus fuit Princeps. Primum circa Electionem observata fuit Conventu in quâcunq; deinde Urbe Pramiæ, Vico, vel etiam in Castris, Confluxus institutus est in Templo illius Loci, & ad Territorium quoddam, ubi invocato Sp. Sancto, de candidatis primo initum est, ex iis qui potior visus est, Plurium Suffragiis, vel in communi voto electus est, electoq; statim per Regni Oratorem si præsens fuit Dignitas oblata,

postea jusjurandum ei exhibitum, cujus formula & quidem omnium Principum a Fabiele Berklen ad Apparatum continetur, in Constitutionibus, Approbatis & Compilatis Pramiæ, quo recitato, fausta sunt insecuta acclamationes. Principi vero vel præsenti Sacramento se se rursus obligant Provinciales præsentes, vel in manus Legati ejus omnes Regni Ordines deposuerunt jusjurandum reciprocum, si absens fuit per Delegatos ejus rei negotium delatum est absenti, et deinde novo Conscripto Conventu, introducto inserta est. Præcipua vero Conditiones, sub quibus Principes eligebantur erant. Ut libera electionis jus in perpetuum manuteneat, Principatum nullo modo in alium quemvis transferat sine consensu Statuum. Liberum quatuor Religionum receptam exercitium permittat, Pacem cum utroq; Imperatore colat, Privilegia & Immunitates Nationum in genere & in specie, aliaq; Regni Constituta diligenter observet, quibus pro re nata, rerumq; ac temporum conditione, alia etiam conditiones vel addita vel mutata subinde fuere. Quod libera Principum electio per Status initium coepit cum ipso Principatu, instituta & fundata erat, ut Athtame ex capitulatione Turcica,

ab

ab Imperatore Turcico, tandem Ioanni de Zapolja impertita, qua Principalis Dignitas conferebatur.

